

à Domino sequenti die, et hora etiam certâ venturum esse hominem, quem regno jam antea destinâret, decrevit statim illum ad convivium accersere, atque ideò partem illi victimâ reservavit, à quâ ipse quasi hieroglyphico symbolo cognosceret, quid à se regium nomen et titulus exigeret; pondus videlicet esse grave, quod gigantæos humeros requirat, imò quod gigantæos frangat humeros, et vires debilitet. Servarât autem ex Samuelis præscripto coquus armum pro Saule, quæ par supponi solet oneri. Quare sicut è victimâ armus debetur sacerdoti, quia ille pro sui muneris ratione neque cessare debet ab opere, neque à labore, atque molestiâ liberari, sic quia regum institutum et cura non longè absunt à sacerdotum assiduo atque molesto pondere, armus illi de toto victimâ corpore conceditur, quia ille de totius populi corpore, quod immolata victimâ representat, armus est, aut humerus destinatus oneri, si modò regii nominis indignus censerî non vult. Fuit optimus princeps, et principum forma, et specimen Emmanuel, id est, nobiscum Deus; qui tamen ut tanti nominis mensuram implet, labores subditorum tulit et dolores portavit, qui virgam regni suis imposuit humeris, non declinavit in alienos. De quo Isaias cap. 9, v. 6: *Factus est principatus super humerum ejus.*

Ubi Vulgatus, *armus*, hebraicè est, פֶּשֶׁל *soc.* Septuaginta reddunt *κωδίκιον*, id est, *pernam*. Aquila *Κωδικιον*, id est, *crus*, seu tibiam; utrumque valet vox hebraica, et eandem utrumque significationem habet allegoricam. Nam ut crura totum sustinent corpus, et eo consilio formata videntur à naturâ, ut oneris aliquid perpetuò subeant, atque ideò plurimum dedit ex ossè, partim autem de carnè materiâ, quia hæc mollis est et infirma; sic etiam regem osseum esse oportet, quem non incurvet aut frangat imposita moles; non carneum, qui faciliè labatur et defluat. Item neque nimis enim inini videtur, portionem hanc esse è præcedenti convivio residuum.

QUIA DE INDUSTRIA SERVATUM EST TIBI, QUANDO POPULUM VOCAVI. LOCUS HIC PERSPICUUS EST; Hebræus obscurior: *Quoniam ad festum hoc (seu ad hoc festum) servatum est tibi dicendo: Populum vocavi, vel invitavi complures. Portio ista, me jubente, ad hoc servata est: admonuit enim, me plures invitasse, præter coctum huic triginta. Vel aliter: Ego servavi jussu hæc portionem in festum hoc, quo viris hisce triginta convivium parari jussi.* Septuaginta: *Portio hæc testimonium est positum tibi à populo: carpe, destinata est tibi, tanquam dignissimo ceterorum.* (Calmet.)

tolli debet, quantumcumque aut nimis blandus aut plus satis timidus populus aduleat: sicut neque crus, quantumcumque grave portet onus et suum munus peragat strenuè, ideò subesse desinit toti corporis molî, neque recusare potest, licet vehementer horreat atque repugnet, quominus ferat necessarium et naturale pondus. Ita Theodoretus: « Sicut hæc, » inquit, cum sint breviora aliis membris animalis, portant totam molem compacti corporis, et firmiter suffulciunt, ita etiam regium « robur, etiamsi ad virum unum contrahatur, » sustinet totum corpus reipublice, et non sic nit cadere. »

QUIA DE INDUSTRIA SERVATUM EST TIBI. Non temerè Samuel partem illam victimæ Saülî segregavit, ut aliquid nempe disceret ex illo hieroglyphico signo; illud nimirum, quod proximè in armo, sive tibî significari diximus. Neque enim hæc in animalî maximè sunt sive ad palatum sive ad valetudinem apta; esse tamen in deliciis docet Ezechiel cap. 24, v. 5: *Congere frusta ejus in eam omnem partem bonam, femur et armum;* ubi nos eâ de re nonnulla. Talia autem hoc signo exigit à rege, quæ lex sacrificialis exigit à sacerdote. Datur autem sacerdoti de victimâ armus dexter, in quo plus est roboris atque constantiæ; non sinister, qui citius lassescit et claudicat, et in quo ad laborem et pondus multò minus est roboris; quem puto à Samuele datum esse Saülî, quia sicut sacerdotis, sic etiam regis officium commendat, et ministerium adumbrat. Origenes Homil. 5 in Leviticum, ad illa verba cap. 7, v. 32: *Pectusculum autem erit Aaron et filiorum ejus: armus quoque dexter de pacificorum hostiis cedet in primitias sacerdotis.* Cujus verba adducere non gravabor, quia non minus regium quàm sacerdotale officium declarant: « Quod, » inquit, sacerdotis pectus, aut quale? Plenum est sit sapientiâ, plenum scientiâ, plenum omni « divinâ intelligentiâ, imò plenum Deo. Quale « brachium? (in brachio armum etiam intellegi.) multa sollicitudo, labor, vigiliæ, quibus « convertat peccatorem. »

VERS. 25. — ET LOCUTUS EST CUM SAULE IN SOLARIO (1). Pro solarîo hebraicè est סַלְיָה *Sag.*

(1) Quid? Rabbîni apud Lysranum et Abulensium: « De timore, inquit, Dei et custodia « legis; » Carthusianus: « De pertinentibus, » inquit, ad salutem, admonendo eum ad me « hora. » Abulens: « De pertinentibus ad instructionem regis, qualiter iste se debet « habere ad subditos, et qualiter ad Deum. » (Corn. à Lap.)

quæ tectum significat, activum nempe, id est, quod tegit domum, quale est in Palæstinâ, quod appellatur *doma*, seu *solarium*, tectum videlicet planum et deambulatorium, quod Hispani vocant *terrado*. Hoc verò loco sæpè *solarium* dicitur, quia celo ac soli patet; qui locus aptus est familiaribus colloquiis, quæ amici mutuò inter se conferunt deambulantes. Sed quomodò lectus Saülî in solarîo constrictus, in loco nimirum subdiali? Nam locus apertus neque honestus est, neque salubris, neque conveniens illi quem honorare volumus, ut certè propheta voluit illum quem futurum esse regem ante cognoverat. — Respondeo, tempus fortassè fuisse æstivum, quare nihil esse timendum à cælorum inclementiâ, illis præcipuè qui vitam egissent ruri, neque fortassè aliud cubiculum admisit Saül, quod splendidius instruxerat propheta, propter modestiam; aut certè in solarîo tabernaculum fixerat, sicut in agro faciabant in Palæstinâ viri

CAPUT X.

1. Tulit autem Samuel lenticulam olei, et effudit super caput ejus, et deosculatus est eum, et ait: Ecce unxit te Dominus super hæreditatem suam in principem, et liberabis populum suum de manibus inimicorum ejus, qui in circuitu ejus sunt. Et hoc tibi signum quia unxit te Deus in principem:

2. Cum abieris hodiè à me, invenies duos viros juxta sepulcrum Rachel in finibus Benjamin, in meridie; dicentque tibi: Invenit sunt asinæ ad quas ieras perquirendas: et intermissis pater tuus asinis sollicitus est pro vobis, et dicit: Quid faciam de filio meo?

3. Cùmque abieris inde, et ultra transieris, et veneris ad quercum Thabor, invenient te ibi tres viri ascendentes ad Deum in Bethel, unus portans tres hædos, et alius tres tortas panis, et alius portans lagenam vini.

4. Cùmque te salutaverint, dabunt tibi duos panes, et accipies de manu eorum.

5. Post hæc venies in collem Dei, ubi est statio Philistinorum: et cùm ingres-

etiam delicati ac principes, maximè cùm haberent iter, quale Absalonî positum est lib. 2, cap. 16, v. 22. Hebræi codices nihil habent de lectulo in solarîo Saülî constricto, neque Chaldaei, neque translationes noræ, neque Latino-rum quamplurimi, quos refert ad hunc locum Franciscus Lucas; habent tamen codices à Sixto correcti. Si partem illam tollas, res minus habet difficultatis, quia confabulari homines commodè, non ita tamen commodè cubare in solarîo possunt. Sed potuit ea esse temporis ratio atque commoditas, ut commodissima fuerit subdialis illa dormitio. De solarîo sic Hieronymus ad Summian et Fretellam, non procul à fine: « In Palæstinâ, inquit, et Ægypto, » ubi vel scripti sunt divini libri, vel interpretati sunt, non habent in tectis culmina, sed domata, quæ Romæ vel solaria, vel menniana « vocant, id est, plana tecta, quæ transversis « trabibus sustententur. »

CHAPITRE X.

1. En même temps Samuël prit une petite fiole d'huile, qu'il répandit sur la tête de Saül; et il le baisa, et lui dit: Le Seigneur par cette onction, vous sacre pour prince sur son héritage; et vous délivrerez son peuple de la main de ses ennemis qui l'environnent. Voici la marque que vous aurez que c'est Dieu qui vous a sacré pour prince:

2. Lorsque vous m'aurez quitté aujourd'hui, vous trouverez deux hommes près du sépulcre de Rachel, sur la frontière de Benjamin, vers le midi, qui vous diront: Les ânesses que vous étiez allé chercher sont retrouvées: votre père n'y pense plus; mais il est en peine de vous, et il dit: Que ferai-je donc pour retrouver mon fils?

3. Lorsque vous serez sorti de là, et qu'ayant passé outre, vous serez arrivé au chêne de Thabor, vous rencontrerez là trois hommes qui iront adorer Dieu à Bethel, dont l'un portera trois chevreaux, l'autre trois pains ou tourteaux, l'autre une bouteille de vin.

4. Après qu'ils vous auront salué, ils vous donneront deux pains, ou tourteaux, et vous les recevrez de leurs mains.

5. Vous viendrez après à la colline de Dieu, près de Gabaa, où il y a une garnison de Philistins. Lorsque vous serez entré dans la ville,

sus fueris tibi urbem, obvium habebis gregem prophetarum descendentium de excelso; et ante eos psalterium, et tympanum, et tibiam, et citharam, ipsosque prophetantes.

6. Et insiliet in te Spiritus Domini, et prophetabis cum eis, et mutaberis in virum alium.

7. Quando ergo evenerint signa hæc omnia tibi, fac quæcumque invenerit manus tua, quia Dominus tecum est.

8. Et descendens ante me in Galgala (ego quippe descendam ad te), ut offeras oblationem et immoles victimas pacificas, septem diebus expectabis, donec veniam ad te, et ostendam tibi quid facias.

9. Itaque cum avertisset humerum suum ut abiret à Samuele, immutavit ei Deus cor aliud, et venerunt omnia signa hæc in die illâ.

10. Veneruntque ad prædictum collem, et ecce cuneus prophetarum obvius ei: et insiluit super eum Spiritus Domini, et prophetavit in medio eorum.

11. Videntes autem omnes qui venerant eum heri et nudius tertius, quod esset cum prophetis et prophetaret, dixerunt ad invicem: Quenam res accidit filio Cis? Num et Saül inter prophetas?

12. Responditque alius ad alterum, dicens: Et quis pater eorum? Propterea versum est in proverbium: Num et Saül inter prophetas?

13. Cessavit autem prophetare, et venit ad excelsum.

14. Dixitque patruus Saül ad eum, et ad puerum ejus: Quod abstis? Qui responderunt: Querere asinas; quas cum non reperissemus, venimus ad Samuelem.

15. Et dixit ei patruus suus: Indica mihi quid dixerit tibi Samuel.

16. Et ait Saül ad patrum suum: Indicavit nobis quia inventæ essent asinae. De sermone autem regni non indicavit ei, quem locutus fuerat ei Samuel.

vous rencontrerez une troupe de prophètes qui descendront du lieu haut, précédés de personnes qui ont des lyres, des tambours, des flûtes et des harpes; et ces prophètes prophétiseront.

6. En même temps l'Esprit du Seigneur se saisira de vous; vous prophétiserez avec eux, et vous serez changé en un autre homme.

7. Lors donc que tous ces signes vous seront arrivés, faites hardiment tout ce qui se trouvera à faire, parce que le Seigneur sera avec vous.

8. Vous vous rendrez avant moi à Galgala, où j'irai vous trouver, afin que vous offriez un sacrifice au Seigneur, et que vous lui immoliez des victimes pacifiques. Vous m'attendrez pendant sept jours, jusqu'à ce que je vienne vous trouver, et que je vous déclare ce que vous aurez à faire.

9. Aussitôt donc que Saül se fut retourné, en quittant Samuël, Dieu lui changea le cœur, et lui en donna un autre; et tous ces signes lui arrivèrent le même jour.

10. En effet, lorsqu'il fut venu de là, avec son serviteur à la colline qui lui avait été marqué, il rencontra une troupe de prophètes; l'esprit du Seigneur se saisit de lui, et il prophétisa au milieu d'eux.

11. Tous ceux qui l'avaient connu peu auparavant, voyant qu'il était avec les prophètes et qu'il prophétisait, s'entre-disaient avec étonnement: Qu'est-il donc arrivé au fils de Cis? Saül est-il aussi prophète?

12. Et d'autres lui répondaient: Qu'y a-t-il en cela d'étonnant? Qui est le père des autres prophètes? C'est pourquoi cette parole passa en proverbe: Saül est-il aussi devenu prophète?

13. Saül ayant cessé de prophétiser, vint au lieu haut.

14. Et son oncle lui dit à lui et à son serviteur: D'où venez-vous donc? Ils lui répondirent: Nous avions été chercher des ânesses; et ne les ayant pas trouvées, nous nous sommes adressés à Samuël.

15. Son oncle lui dit: Dites-moi, je vous prie, ce que Samuël vous a dit.

16. Saül répondit à son oncle: Il nous a appris que les ânesses étaient retrouvées. Mais il ne découvrit rien à son oncle de ce que Samuël lui avait dit touchant sa royauté.

17. Et convocavit Samuel populum ad Dominum in Maspha:

18. Et ait ad filios Israel: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ego eduxi Israel de Ægypto, et erui vos de manu Ægyptiorum, et de manu omnium regum qui affligebant vos.

19. Vos autem hodiè projecistis Deum vestrum, qui solus salvavit vos de universis malis et tribulationibus vestris: et dixistis: Nequaquam; sed regem constituimus super nos. Nunc ergo state coram Domino per tribus vestras et per familias.

20. Et applicuit Samuel omnes tribus Israel, et cecidit sors tribus Benjamin.

21. Et applicuit tribum Benjamin et cognationes ejus, et cecidit cognatio Métri, et pervenit usque ad Saül filium Cis. Quæsierunt ergo eum, et non est inventus.

22. Et consuluerunt post hæc Dominum utrumnam venturus esset illuc. Responditque Dominus: Ecce absconditus est domi.

23. Currerunt itaque, et tulerunt eum inde; stetitque in medio populi, et altior fuit universo populo ab humero et sursum.

24. Et ait Samuel ad omnem populum: Certè videtis quem elegit Dominus, quoniam non sit similis illi in omni populo. Et clamavit omnis populus, et ait: Vivat rex!

25. Locutus est autem Samuel ad populum legem regni, et scripsit in libro, et reposuit coram Domino: et dimisit Samuel omnem populum, singulos in domum suam.

26. Sed et Saül abiit in domum suam in Gabaâ: et abiit cum eo pars exercitus, quorum tetigerat Deus corda.

27. Filii verò Belial dixerunt: Num salvare nos poterit iste? Et despexerunt eum, et non attulerunt ei munera: ille verò dissimulabat se audire.

17. Après cela, Samuël fit assembler tout le peuple devant le Seigneur à Maspha,

18. Et dit aux enfants d'Israël: Voici ce que dit le Seigneur, Dieu d'Israël: C'est moi qui ai tiré Israël de l'Égypte, et qui vous ai délivrés de la main des Égyptiens, et de la main de tous les rois qui vous affligeaient.

19. Mais au lieu de reconnaître ces bienfaits, vous avez aujourd'hui rejeté votre Dieu, qui seul vous a sauvés de tous les maux et de toutes les misères qui vous accablaient. Nous ne vous écouterons point, n'avez-vous répondu; mais établissez un roi sur nous. Maintenant donc présentez-vous devant le Seigneur, chacun dans le rang de sa tribu et de sa famille.

20. Et Samuël ayant jeté le sort sur toutes les tribus d'Israël, il tomba sur la tribu de Benjamin.

21. Il le jeta ensuite sur les familles de la tribu de Benjamin, et il tomba sur la famille de Métri; il le jeta sur les hommes de la famille de Métri, et il tomba sur la personne de Saül, fils de Cis. On le chercha aussitôt; mais il ne se trouva point.

22. Et ayant consulté le Seigneur, pour savoir s'il viendrait en ce lieu-là, le Seigneur leur répondit: À l'heure qu'il est, il est caché dans sa maison.

23. Ils y coururent donc, le prirent, et l'emmenèrent, et lorsqu'il fut au milieu du peuple, il parut plus grand que tous les autres de toute la tête.

24. Samuël dit à tout le peuple: Vous voyez quel est celui que le Seigneur a choisi, et qu'il n'y en a point dans tout le peuple qui lui soit semblable. Alors tout le peuple s'écria: Vive le roi!

25. Samuël prononça ensuite devant le peuple la loi du royaume, qu'il écrivit dans un livre, et le mit en dépôt dans le tabernacle, devant le Seigneur. Après cela, Samuël renvoya tout le peuple, chacun chez soi.

26. Saül s'en retourna aussi chez lui à Gabaâ, accompagné d'une partie de l'armée, composée de ceux dont Dieu avait touché le cœur, pour les rendre soumis au roi qu'il venait de leur donner.

27. Les enfants de Belial commencèrent à dire, au contraire: Comment celui-ci pourrait-il nous sauver? Et ils le méprisèrent, et ils ne lui firent point de présents, comme ils auraient dû faire, pour lui rendre leurs hommages. Mais Saül faisait semblant de ne pas les entendre.

VERS. 1. — TULIT AUTEM SAMUEL LENTICILAM OLEI, ET EFFUDIT SUPER CAPUT EUS (1). Hic nobis paulisper immorandum est, quia in his libris sæpius occurrit unctiois nomen, quo in Israele et Judæ designantur, et quasi inaugurantur et initiantur reges, ut apparet in Saül, in Davide, in Salomone et in Jehu et aliis; de quibus suo loco pluribus. Et primum non invenio de hac regum unctioe ullam in Scripturâ sacrâ legem, sicut de sacerdotali; usum tantum reperio, illumque, ut apparet ex ipso loquendi modo, legitimum, quando Deus ungi jubet eos quos regno præfectos esse vult. De Saül habes statim cap. 15, v. 1: *Dixit Samuel ad Saül: Me misit Dominus, ut ungerem te in regem. Et cap. 16, v. 1: Imple cornu tuum oleo, et veni, ut mittam te ad Isai Bethlehemitem; providi enim in filiis ejus mihi regem. Et lib. 4 Reg. cap. 9, v. 4, Eliseus jubet à Domino ungere Jehu.*

Secundò, videtur longè ante hæc tempora in usu fuisse in his populis, quos habuit sibi

(1) « Il y a lieu de croire, disent les incrédules, que Samuël jeta les yeux sur Saül, parce qu'il espéra de trouver en lui un homme entièrement dévoué à ses ordres. Ainsi, après avoir sacré Saül, pour apaiser les clamours du peuple, Samuël le renvoya chez lui où il le laissa vivre en simple particulier pendant plusieurs années; durant ce temps, le saint homme continua de gouverner comme auparavant. »

L'histoire atteste que l'élection de Saül fut décidée par le sort. Si ce choix avait été l'ouvrage de Samuël, il aurait préféré sans doute sa propre tribu, et le sort tomba sur celle de Benjamin. Saül ne fut point sacré pour apaiser les clamours du peuple, puisqu'il le fut en secret. Lorsque le sort eut décidé, une partie du peuple fut mécontente. Saül, après l'élection, vécut en simple particulier pendant un mois tout au plus, et non pendant plusieurs années, et dans ce court intervalle il n'est question d'aucun acte d'autorité de la part de Samuël. (Daclot.)

Samuël prit une petite fiole d'huile, qu'il répandit sur la tête de Saül. Samuël verse sur la tête de Saül l'unction sacrée qui figurait la grâce du Saint-Esprit, comme on verra plus clairement lorsque le même Prophète sacrera David. Il lui donne en même temps le baiser de paix, pour montrer que Dieu n'élève à ces grandes charges que ceux qui sont très-étroitement unis à lui, et qu'il honore de son amitié divine. Il lui prédit ensuite tout ce qui lui doit arriver, afin qu'il fût persuadé que tout ce qui se passait à son égard n'était qu'un effet de l'ordre de Dieu. Ces signes qui lui arrivent marquent apparemment les qualités que doivent avoir les vrais pasteurs. Mais nous laissons ces sens plus obscurs et plus spirituels à l'intelligence des personnes éclairées. (Sacy.)

finimos terra promissionis, ut unctio legitimo ritu designaret atque inauguraret reges. Id indicat longè ante hæc tempora apologus, quo ad Sichimitas usus Joatham, Judic. cap. 9, ubi v. 8, dicitur: *Ternit ligna, ut ungerent super se regem. Et v. 15, ubi Vulgatus habet: Si verò me vobis regem constituitis, hebraicè est, mosechim, id est, ungitis. Apologi autem et allegoricæ omnes locutiones ex eo plerumque sumuntur, quod magis usitatum et notum est. Sanè reges Syriæ legitimâ quâdam unctioe inaugurari solitos discimus ex lib. 3 Reg. c. 19, ubi Deus Eliæ jubet, ut Azaelum Syriæ regem unctioe designet. Vide Serarium in cap. 9 Judic. q. 10.*

Tertiò, hæc unctio effusione fiebat in regum capita, ut apertè docet hic locus, qui sic habet: *Et effudit super caput ejus. Et eadem verba adhibentur 4 Reg. 9, in unctioe Jehu. Quare figmentum merum est id, quod tradit Rabb. Salomon, ut refert Lya, 3 Reg. cap. 1; ait enim Rabbini iste, unctioem hanc fieri in fronte inter palpebras per modum coronæ. Quod item refert Genebrardus ad illud Psal. 88, v. 21: *Oleo sancto meo unxi eum, ubi latè agit de hac regum unctioe. Sicut Abulensis hic per plures quæstiones, ubi multa querit, quæ nos hùc strictim in pauca redigemus, eo ordine quo ab ipso tractata res est.**

Primò dubitat an reges, qui uncti dicuntur in Scripturâ, aut etiam alii, quos etiamsi Scriptura taceat, unctos tamen fuisse verisimile est, uncti merint oleo communi, vel sacro. Ac tandem statuit, utroque oleo reges potuisse aut solitos esse perungi; et adducit exemplorum satis, quo utrumque factum esse probat. Primum dicit, cum David unctus est in regem super Judam, non potuisse oleum adhiberi sacrum, quia illud tunc erat in Gabaon, quò translatum fuerat tabernaculum; Gabaon autem tunc tenebatur ab Isboseth filio Saülis, quocum tunc erat Davidi longa concertatio. Deinde quia Elias profectus est in Damascum, ut ungeret Azael regem Syriæ, lib. 5 Reg. cap. 19, et Jehu regem Israel; sed tunc quia procul aberat à tabernaculo, non potuit secum oleum afferre sacrum, quia tunc non est profectus ex eo loco ubi tunc erat tabernaculum, sed ex Oreb, aut Sinai, ubi sacri olei copia non erat.

Quòd verò ad regum unctioem sacrum aliquando adhiberetur oleum, probat apertè Salomonis unctio. De quo 5 Reg. cap. 1: *Sam-*

psique Sadot sacerdos cornu olei de tabernaculo, et unxit Salomonem. Oleo præterea sacro unctum esse Davidem, ipse docet David Psal. 88, v. 21: *Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Hoc idem oleum effusum esse super caput Saülis licet quibusdam videatur aliter, mihi est valdè verisimile, quod etiam putat Abulensis. Primum, quia idem Samuel, qui unxit Davidem oleo sacro, idem etiam unxit Saulem, utrumque ex imperio Domini; neque gravior erat tunc ratio cur alter sacro, alter vulgari atque profano ungeretur oleo, cum uterque tunc esset justus, et uterque futurus esset rex in Israel. Et quidem ut ungeret Saulem, multò faciliùs posset sumere ex tabernaculo sacrum oleum, cum summam in Israele atque in templo potestatem haberet, quam cum Saülis loco postea ungere voluit in regem David. Tunc enim timebat vehementer Saulem, neque proficisci audebat in Bethlehem, ut constaret ex cap. 16, v. 2: *Et ait Samuel: Quomodo vadam? Audiet enim Saül, et interficiet me.**

Non displicet mihi Abulensis cogitatio, sed puto illam cum aliquo discrimine esse intelligendam; quam ego hoc modo sine aliquo incommodo videor temperare posse, ut si quando rex esset unctus Israelis, cum nondum erant decem tribus ex magno illo corpore distractæ, aut post divisionem illam reges Judæ, tunc sacrum adhiberi oleum, et unctioem fieri à sacerdotali manu, aut ab eo qui sacerdotalem habuit potestatem, qualis fuit Samuel, aut alii fortassè propheta. Quo modo unctus est Saül, David et Salomon, qui reges fuerunt Israel. Et reges postea Judæ, quos unctos omnes fuisse arbitror, licet nihil de illorum unctioe Scriptura doceat. Sic sanè Joas, de quo 4 Reg. 11, et 2 Paralip. 25, v. 11: *Et constituerunt eum regem, unxit quoque illum Joaida pontifex, et filii ejus. Et 4 Reg. 25, v. 5, Joachaz: Unxerunt eum, et constituerunt eum regem pro patre suo. Et Absalom, cum rex esset à populo proclamatus, unctus quoque fuisse dicitur, 2 Regum cap. 19, v. 40. De regibus autem Israel, postquam decem tribus à duabus aliis fuere dissectæ, alia ratio est, qui non tam fuerunt sacro, quam oleo communi delibuti.*

Secundò dubitat quænam fuerint ceremoniæ in constituendo atque inaugurando rege; et dicit, licet aliquot ceremoniæ in regum constitutione fierent, illas tamen inductas esse à consuetudine potius quam à lege. Primum infundebatur oleum super regis caput, ut docent

exempla superius adducta. Offerebantur item victimæ; quod probat hæc ipsa Saülis inauguratio: nam quando publicè Saül rex est constitutus, immolatæ sunt victimæ, ut habes cap. 11, in fine. Et 2 Reg. 15, v. 12, immolatæ sunt victimæ, cum rex est proclamatus Absalom. Sicut etiam 3 Reg. cap. 1, v. 9, cum rex proclamari voluit Adonias, antecesserunt holocausta. Deinde in regis manum tradebatur lex, cujus rex esse debet custos et vindex; quod solum video ex omnibus ceremoniis à lege præscriptum. Deuter. cap. 17, v. 18: *Postquam autem sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis hujus in volumine, accipiens exemplar à sacerdotibus leviticæ tribus; et habebit secum, legetque illud omnibus diebus vite sue, ut discat timere Dominum Deum suum, et custodire verba, et caeremonias ejus, quæ in lege præcepta sunt. Hoc autem extremum servatum esse puto in electione et inauguratione Saülis, licet nihil habeamus in Scripturâ expressum. Neque enim verisimile est, legem illam ignoratam aut prætermisam esse à Samuele, qui legem habuit familiarem; neque parùm habuit otii, ut videret quid in constituendo rege publicè formâ opus esset facto.*

Ad extremum accedebat gratulatio populù, et acclamatio festiva, quæ regi et usuram vitæ longam, et perpetuam felicitatem precabatur hæc solemnè formâ, aut aliâ simili: *Vivat rex!* Quod audivit de se Adonias lib. 5 Reg. v. 25, cum acclamavit populù: *Vivat rex Adonias!* Et ibidem v. 89, acclamatum est: *Vivat rex Salomon!* Hæc fermè omnia servata sunt in rege Joas lib. 4 Reg. cap. 11, v. 12: *Produxitque (Joaidas sacerdos) filium regis, et posuit super eum diadema, et testimonium (id est, legem, seu Deuteronomium), feceruntque eum regem, et unxerunt, et plaudentes manu dixerunt: Vivat rex!*

Quòd verò dicitur osculum libatum à Samuele, non puto ortum habuisse à lege, vel à consuetudine, sed potius à benevolentia; neque enim in aliorum regum constitutione quidquam de osculo in Scripturis habemus; esse autem hoc etiam inter extraneas familiare benevolentia signum, nemo ignorat. Quare non dubito, etiamsi oleum in Saülis caput non foret effusum, non esse illius osculi ostendendum officium, quod solet consociare animos, conjungere studia, et inter duo etiam corpora, quoad ejus fieri possit, nullam esse distantiam. Quod maxime eo tempore videbatur esse necessarium, cum rex tunc imperitus

et nōvis, à Samuēlis consilio datam sibi debere gubernare rempublicam.

TELEI AUTEM SACUL LENTICULAM OLEI. Non dubium, quin *lenticula* vas significet, seu guttum olearium; cur tamen ita dicatur, non est adeo explicare promptum. Abulensis à lenticulo dicitur putat, quia oleum, seu balsamum, quod in eo continetur vase, emollit et linit; quod sumpsisse videtur ex Isidoro lib. 20, cap. 7. Alii à figurâ, quia in lentis similitudinem efformatum est, et hoc mihi potius. Sed huic cogitationi nonnihil incommodat, quod vox hebraica, פ, *pac*, non significat lentem, seu lenticulam, sed generaliter vas, quod effundit, quem habet liquorem, qualis est guttus, seu gutturium, aut ampulla, quae idē recipit in se unguentum, ut guttatim instillet, et convivas, aut mensam, aut aliquid aliud conspergat et irroret. Ego hic diū hâsi, et in hujus nominis investigandâ ratione aliquid operâ et studii posui; dicam hic breviter meam conjecturam. Ego *lenticulam* vas esse opinor olearium, quâcuraque illud figurâ, vel magnitudine sit. Cur verò à Vulgato *lenticula* sit appellatum, cum tamen nomen hoc in Scripturâ tantum reperitur, neque vas ullo modo significet apud alios, quod ego viderim, auctores, ortum puto ex Septuaginta translatione, qui aliquid hic, sicut alibi sæpè, figuratum et improprium induxerunt. Hebraicum nomen פ, *pac*, generale, ut dixerimus, nomen est, quod vas significat, quod unguentum effundit, aut liquorem quemcumque. Id apud Græcos valet λένχος, quod præterea *legumina* significat, qualia sunt fabae, pisa, lupini, lentes. Septuaginta respectantes ad græcam vocem, quæ tam vas olearium, seu unguentarium significat, quam *lentem* et *fabam*, seu *lenticulam*, λένχος, reddidit, quæ *lentem* sonat, et alteram explicat partem græcæ vocis *lencythi*. Neque verò id rarum est, tam apud sacros quam apud profanos auctores, ut ex dualibus significatiōibus assumant minus propriam; deinde factâ quiddam metalepsi, ad propriam et illius loci germanam significatiōem ascendant. Quod quia alicui durius fortassè videbitur, aliquot nobis exemplis confirmandum est.

Ex profanis accipe hæc pauca. Virgilius lib. 1 Æneid., sævum appellat Hectorem, cum tamen illum ingentem, et acrem appellare vellet, quia istæ duæ voces, aut earum significatiōes in hæc voce, *immanis*, inveniuntur, alteram sumpsit, et per hanc gradationem ad alteram ascendit, hoc modo: Est sævus, ergo immanis,

ergo acer et ingens; nam quæ magna sunt, illa etiam vocantur immania. Χερσὶν *tempestatem* significat et *hiemem*; hinc fit ut hiems pro tempestate interdum usurpetur. Virgilius lib. 1 Æneid.:

*Jam validam Ithonei navem, jam fortis Alethæ
Viciti hiems laxis laterum compagibus, omnes
Accipiunt inimicum imbrem, rimisquæ fatiscunt.*

Apud philosophos decreta quædam, seu piacita, quæ jam sunt in scholis constituta, quæque omnes quasi aliquid certum et ineluctabile statunt, *dignitates* vocantur, quia græca vox δὴμοκρατία, tam *dignitatem* valet, quam admissum illud communi consensione decretum.

Ex sacris habemus plura, hæc tamen pauca accipe. Vox hebraica; רישפ, *rispah*, et græca ἄβυζος, *prænam* significant, et *carbunculum*, lapidem pretiosum, et instar igniti carbonis splendentem. Cum autem Isai. 6, de carbone procul dubio sermo esset, ut constat, quia forcipe de altari sumptus est, tamen altera sumpta est significatio, quæ minis erat eo loco propria: *Volavit*, inquit, *ad me unus de Seraphim, et in manu ejus calculus, quem forcipe tulerat de altari; p̄s̄yos; stolonem* significat, et *vitulum*; et cum de *stolone* sermo esset, tamen interpretis alteram significatiōem adhibuit, Sisp. 4, v. 5: *Spiria vitulamina non dabant radices altis.* Et hebraica vox שרפים, *sorepim*, et græca ἀπειθεῖς, *rebelles*, et *non credentes* significant, cum de rebellibus esset sermo; vulgatus tamen Psal. 67, v. 20, transtulit, *non credentes*.

Sic igitur hoc loco cum λένχος, *lencythus*, vas olearium significet, et *lentem*, Septuaginta posteriorem adhibere significatiōem, quæ tamen pro priore sumitur. Ex eo verò factum est, ut *lenticula* vox et hoc loco et nonnullis aliis olearium, aut unguentarium *vasculum* significet. Ut lib. 4 Reg. v. 1 et 5. Quod si ita est, non erit cur existimemus medicum olei Sautis caput irroresse, quasi *lenticula* exiguum sit vasculum, neque multam possit olei continere. Unde dixit Gregorius in hunc locum: *Lenticula quidem parvum est vas. Quid ergo est, quod lenticula olei Sauti ungitur, nisi quia in fine probatur? Velut enim lenticula olei parvum habuit, quia spiritalem et gratiam projiciendus accepit.* Ego, ut dixi, nomen puto fuisse commune, sicut *lencythus*, neque habuisse figuram aliquam certam aut definitam aliquam capaciatem, sicut neque *cornu*, de quo statim. Isidorus lib. 20, cap. 7, *lenticula*, inquit, *medicam vas æneum, vel argenti*

tem quadrangulum in latere apertum, quod et lencythus. Idem ex eo Petrus Comestor; unde tamen id probari possit, non video.

De *cornu* idem puto dicendum, quod de *lenticula*, nempe generale vas esse, in quo continetur, et ex quo effunditur quemcumque liquor; quare idem jubetur facere Samuel, aut quemcumque alius, cum jubetur sumere *lenticulam olei*, aut *cornu* implere oleo. Quod etiam docuit Abulensis in cap. 16 Reg. q. 1; ubi cum refutasset Lyrae sententiam, qui cum Hieronymo putat *lenticulam* esse vas exiguum et fragile, *cornu* verò durum et capacious, quo significatur regnum Saulis, qui oleo ex *lenticula* conspersus est, non futurum esse diuturnum; contra verò Davidis, qui unctus fuit oleo ex *cornu* diffusio, fore perpetuum, ait: *Sed in hoc nihil differt, quia aliquando ponitur in Scripturâ: Lenticula, et aliquando: Cornu; nec fit in hoc magna differentia.* Sed quod *cornu* vas omne significet, sive illud sit poculum ad bibendum, sive ad continentium unguentum, multa probant. De unguento habemus in anetione Davidis et Salomonis; de poculo, sive ullâ certâ differentiâ ac notâ, probat Græcorum usus frequens, qui millies pro calice vaseque potorio κίρας adhibet, quod idem valet quod *cornu*; et cum vasa olim prioribus seculis ex corneâ materiâ fingerentur, factum est, ut *cornua* nunc etiam dicantur pocula ex quâcumque materiâ conflata, sicuti *cornua* dicuntur tubæ ac litui, etiamsi ex ærâ aut argenteâ materiâ formentur. Ita putat Rhodiginus lib. 27, cap. 27. Et probatur, quia vinum infundere, aut propinare, aut miscere, ex græco nomine κίρας, *καρανίος* dicitur; aut *καρανίος*; et *καρανίος* vas dicitur potorium, quasi *καρανίος*. Denique ἀπὸ τοῦ κίρας; deducuntur plurima quæ ad res pertinent poculentas. Unus nobis Athenæus plurima suppediabit exempla, quæ hoc loco referre non gravabor, neque otiosa in eo sumeret opera, quando in his libris non semel *lenticula* ac *cornu* nomen occurret. Quæ autem ille lib. 14, cap. 8, nos in hunc locum carpitim conferemus.

Antiquos ait in bovillis cornibus potare solitos, et eam ob causam Bacchum κερκρονίον id est, *cornutum* fingi, quasi suæ artis, aut genii in capite manifesta portaret insignia; et *καρανίος*, id est, *taurinâ facie*, fingi in Cyzico. Usus præterea frequentem fuisse poculorum è materiâ corneâ, illud non difficile confirmat, quod vinum aquâ temperare, quod in ipso potorio vasculo plerumque fit, καρανίος dicitur,

id est, *in cornu miscere*; et vas ipsum κερκρονίος appellatur, quasi κερκρονίος. Addit deinde, suis temporibus abacum corneis instrui solitum poculis, quæ κερκρονίος appellari dicit. Deinde plurima adducit testimonia poetarum, qui inducunt antiquos bibentes è cornu. Sic Pindarus in Centauris. Xenophon lib. 6 ἄναξ. Adducit præterea exempla Paphlagonum, Thracum, Perreæborum, Philippi regis Macedonum, regum Pœoniæ, Atheniensium, qui tam in mensis quam in sacrificiis corneis utebantur calicibus.

Neque quæ dicuntur *cornua*, semper erant è corneâ materiâ, quæ ex fronte sumuntur bubulorum aut boum, licet principio, in rudiori nempe seculo, non aliud antiqui habuerint magis familiare poculum. Interdum enim *cornua* fingeantur ex auro vel argento, sicut alia vasa quæ tamen *cornu* dicebantur. Quod item docet Athenæus supra, qui ex Theopompo tradit, corneis poculis addi labra ex auro vel argento à regibus Pœonum. Et Æschylus in Perreæbis ait, Perreæbos habuisse argentea *cornua*, quibus aures indidit labia. Sophocles in Pandora ab eodem citatus Athenæo, cornu meminit aurei; et Athenienses argenteis utebantur cornibus. Hæc sumpta sunt ex Athenæo carpitim.

Cur verò vasa hæc, sive sint potoria, sive unguentaria, ex auro, aut argento, sive ex quâlibet aliâ materiâ formata, *cornua* dicantur, ea ratio est, quia prima et rudiora secula his primùm utebantur rebus quas acceperunt à naturâ, quarum retinuerunt nomen, licet forma mutaretur et materia, dummodò idem usus maneret. Sic arundinem vocamus, avenam, fistulam, tibiam et cornu, instrumenta musica, licet è ligno fuerint, seu ex ærâ formata, dummodò inflatu sonent; sic testudinem, seu chelim appellamus lyram, quia ex testudinis tegumento prius compacta; sive vasa quædam supernè aperta et lata concha dicuntur, quia primum illam præbuerunt usum. Sic sanè Horatius Saliunum vocavit lib. 1, Sat. 3: *Sit, inquit, mihi mensa tripes, et concha salis puri.* Et idem lib. 2, ode 7: *Funde capicibus unguenta de conchis.* Sic igitur *cornu* vas appello quodcumque, in quo liquor aliquis continetur, quæcumque illud sive materia componat, sive species informet. Quod item puto dicendum de *lenticula*, quamcumque habeat figuram, dummodò apta sit liquori fundendo. Neque inter *cornu* atque *lenticulam* Samuelis arbitror aliquid esse discriminis; neque ex alio vase sua-

ptum oleum, quo prius Saül, et quo postea in regem unctus fuit David; neque plus in uno quam in altero olei fuisse consumptum. Haec mihi visa sunt de hujusmodi vasis; alii aliter cogitant. Quisque, ut volet, statuatur; mihi sat est cogitationem meam aperuisse.

ET DISCULATUS EST EUM. Haec à nobis nuper, n. 9, explicata sunt, ubi diximus, osculum ortum potius esse à benevolentia quam à lege, sive consuetudine, quae servari solet in unctioe quo inaugurantur reges.

ET LIBERABIS POPULUM TUUM. Haec usque ad, cum abieris, exclusivè, non sunt in textu hebraico, neque in aliquibus latinis neque id habent Septuaginta, neque Chaldaeus, tametsi canonicè obtineant auctoritatem. Unde id acciderit, incertum est; fieri potuit, ut è margine irrepserit in textum. Quod putant Dionysius et Lyra. Ego magis crederem, interpretationem nostram habuisse hebraicos codices magis correctos, ex quibus temporum injurià exciderunt illa quae Vulgatus interpres latinè reddidit.

VERS. 2. — INVENIES DUOS VIROS JUXTA SEPULCRUM RACHEL IN FINIBUS BENJAMIN IN MERIDIE (1). Expediebat maximè, ut Saül sibi persuaderet unctorem illum non esse ab homine, sed divinum ibi quoque auctoritatem intercessisse. Atque ideo signa illi data certa, quae nemo nisi illustratus à Domino nosse potuisset. Quae omnia eodem prorsus ordine evenerunt, quo fuerant praedicta. Sed illud durissimum videtur, quia Rachel sepulcrum non habuit in finibus Benjamin, sed in Ephrata, quae est Bethlehem, et magis pertinet ad tribum Juda, ut habes Genes. cap. 35, v. 20. Sed hoc explanationem habet non difficilem; neque enim mortua dicitur Rachel in Ephrata, et erectus in eà monumenti titulus, sed in vià quae ducit Ephratam, quae est Bethlehem; quare sepulcrum illius excitari longiusculè potuit ab Ephrata. Deinde quia illud, in finibus Benjamin,

(1) Saülis è Ramathà in Gabaam proficiscentis viam transisse juxta sepulcrum Rachelis ad Bethlehem, non satis assequor, nisi tabulas omnes geographicas consuetudine in nostram deceptionem censuerimus. Opus est enim, Ramatham Samuelis meridionaliore fuisse quam quod constituit solet: explorator est enim situs Gabaë et Bethlehem, quam ut loco moveri possit. Quomodo autem Ramatha ulterius ad meridiem promoveatur, si in montibus Ephraim considerat, uti in exordio hujus libri traditur? Ut hæc evitentur incommoda, nihil apertius occurrit, quam ut reddatur Hebraeus: *Invenies duos viros è Zelezach, loco sito juxta sepulcrum Rachel, in finibus Benjamin, dicebantque tibi: Invenit autem asine.* (Calmet.)

non significat duos illos viros esse in terrà Benjamin, sed ad extremum terminum Benjaminicè tribus. Hebraicè namque vox est *guelul*, quae non tam possessionem valet, quam possessionis terminum et limitem. Quare nil aliud significari puto, dum viri duo dicuntur inveniendi in finibus Benjamin, quam inveniendos esse in illo loco tribus Juda, ubi esse duarum tribuum termini contingunt, id est, in ipso duarum tribuum confinio. Hebraei aliquid hic supplent, dum hoc modo hunc locum exponunt: *Occurrent tibi in finibus Benjamin duo viri, qui modo sunt juxta sepulcrum Rachel.* Sed non est necesse ad hunc durum interpretandi modum confugere.

Ubi Vulgatus, in meridie, hebraicè est, *sel-sach*, quae vox umbram claritatis sonat; quam noster Vulgatus optimè convertit, *meridiem*, quia ex eo tempore declinante jam die, jam luci aliquid admiscetur umbræ. Septuaginta *meridiem* convertunt, sicut Vulgatus. Alii australem putant esse regionem, qua ut duo illi viri futuri sint ad illam caeli plagam, ubi se utriusque tribus fines attingunt. Alii loci nomen esse putant; nihil planè certum. Ego quod dicebam, in meridie, significat tempus meridianum, magis probo, tum quia valde est incertum transeundum esse Saülis è Ramathà, ubi tunc erat Samuel, ad Gabaam, quae erat Saülis patria, per illam partem, ubi ad austrum sese Judæ ac Benjamin termini contingunt. Deinde, ut demus ita fieri, planè otiosum erat illud signum, ne dicam ineptum, quod futurum erat necessarium. Nam si eundem erat Saülis necessariò ex Ramathà per locum, ubi duarum tribuum confinia concurrunt, cur propheta quasi aliquid novum et rarum, qualia esse solent signa, quae dantur à Deo, signa illa præberet, quae nemo nisi peregrinus et hospes ignoraret? Quod perinde est, atque si quis dicat: Hoc erit tibi signum, quia cras orientur sol, aut occurrent viri in illa vià, per quam inaccessis; mirum si in illa, quam non esset ingressus. Septuaginta hic addunt *ἀλλογενέων; μετὰ αὐτῶν*, id est, *salientes granditer*, id est, gradientes velociter: unde id suspenderit, non video. Sed dum plura et minuta magis signa proponuntur, major dictis conciliatur fides.

VERS. 5. — ET VENERIS AD QUERCEM THABOR. Non est hic *Thabor*-mons, qui pulcher est et nobilis, quia ille est in tribu Zabulon, ut tradit Hieronymus in Locis hebraicis, eo autem loco non poterunt duo illi viri occurrere Saülis. Quidam putant *Thabor* nomen esse proprium

aut viri qui quærens illius erat dominus, aut loci ubi speciosa erat aut robusta quereus. Nihil est certum.

INVENIET TE IBI TRES VIRI ASCENDENTES AD DEUM IN BETHEL (1). Cùm eo tempore tabernaculum vacuum esset ab arcà, et arcà in loco non suo, fas erat, ut diximus, aliis in locis sacrificare; quod fiebat sæpius in excelsis locis, ut diximus cap. 9, v. 9. Cùm autem Bethel locus esset jam olim religiosus à tempore Jacob, et suo ipsius nomine illustris et sacer (dicitur enim Bethel, id est, *domus Dei*), ad illum locum tanquam idoneum magis religioni, convennerunt tres illi viri, sicut etiam convenisse plures alios verisimile est, ut dona illa, seu sacrificia in locum deferrent quem sibi Dominus ad opus illud jam pridem destinasse videbatur (2).

VERS. 5. — POST HEC VENIES IN COLLEM DEI, UBI EST STATIO PHILISTINORUM. Collis iste variè à variis accipitur. Rabl. Salomon putat esse Carithiarin, qui ideo *collis* dicitur *Dei*, quia ibi tunc erat arcà. Sed errat longè eum eo sit loco collis ille (si tamen collis) ut in eo progressu nullo modo illos attingere aut videre poterit Saül, cùm pertineret ad tribum Juda, Josue cap. 15 et 18, ex cujus finibus jam fuerat egressus Saül. Nam, ut nuper diximus, tres viri in finibus Benjamin occurrerunt Saülis. Lyra locum esse credit, ubi erant prophete, qui cùm Deo uni præcipue servirent et vacarent, *collis* potuit appellari *Dei*, Mihi maximè profatur, quod Abulensis putat, *collem* nempe *Dei* esse civitatem Gabaam, ubi natus et educatus Saül. Quod optimis suaderi potest conjecturis: Primum, quia in hebraico textu, ubi noster *collis*, est *ghibaa*, quae vox

(1) TRES PORTAS PANIS, oblationem Domino, vel munus sacerdotum res sacras ministrantium in Bethel; id est, offerentium sacrificia in altari, quod erectum olim à Jacobo, deinde ab ejus filijs reparatum est: vel denique offerentium tantummodò preces pro his, qui materia deferentes præcabantur, ut pro se Deo supplicarent. Hebraeus legit: *Tria frustula*, vel tres portiones panis, uno verbo, tres panes. Septuaginta: *τρία ἄρτια ἄρτων*, *Tria vasa panum*, tres canistros panis plenos. Deferebant autem hædos ad sacrificium, panes in oblationem, et vinum ad libamum. Ex his rebus portio quedam offerenda erat Deo, alia tradenda sacerdoti, reliquum verò ad læta coram Domino convivium celebranda. (Calmet.)

(2) VERS. 4. — DABUNT TIBI DUOS PANES. Opportunum utique munus iter laborantibus, quibus pecunia deficiat et comestus. Comparaturos esse facile alios panes in Bethel, vel alibi in itinere, arbitrabantur. (Calmet.)

ita *collem* significat, ut etiam sit proprium civitatis nomen, quae ex loci situ nomen accepit. Sicut autem hic dicitur in colle fuisse statio Philistinorum, sic etiam infra, cap. 13, in Gabaam Philistinorum statio à Jonathan dicitur fuisse percussa. Deinde, quia eo in loco viros habuit sibi cognatos Saül, ut patet statim, v. 14, ubi nomen patris Saülis, Deinde quia illius sive civitatis, sive collis habitatores probè noverant Saüllem et ejus parentes. Quare cùm inter prophetas prophete crepit, admirati sunt omnes, cum neque illum aut parentem ejus de prophetarum coetu ante cognovissent. Atque ideo dixerunt: *Quoniam res accidit filio Cis? Num et Saül inter prophetas? Responditque aliis ad alterum: Et quis patrum eorum? Hæc, meo judicio, satis probè collem illum esse Gabaam patriam Saülis.*

Sed illud jam explorandum, cur dicitur *collis Dei*. Mihi hoc loco placet, civitatem illam vocatam esse, *collem Dei*, seu potius, *Gabaam Dei*, ut distinguatur ab alià ejusdem nominis civitate: tale autem nomen videtur obtinuisse, quia ibi erat coetus, et veluti schola prophetarum, qui aut divino afflari erant Spiritu, aut divinas laudes ex voto ac religione, aut ex instituto modulabantur; de quo mox accuratius.

UBI EST STATIO PHILISTINORUM. Ex his manifestè constat, *collem Dei* esse Gabaam, quando cap. 15, in eà dicitur esse statio, id est, militare praesidium Philistinorum. De quo alio in loco agendum nobis necessariorum. Illud nunc obiter observandum, quod tradiderunt interpretum plerique, licet Philistinum, ut vidimus cap. 7, ad v. 15, humilitati fuerint sub Samuele, neque ultra venerint in terminos Israel, et civitates quas ab Israele sustulerant, redditæ fuerint à Philistinis, non tamen sic ab illis creptam fuisse, aut fractam potestatem quam prius habuerunt in Israele, ut non in aliis quibus civitatibus praesidium militare reliquerint, quod Israelitas ad pensanda vectigalia cogeret, et sub Palaestinarum imperio contineret. Sicut etiam nostro tempore fieri videmus. Qui enim provinciam aliquam armis subjugarunt, antiquis possessoribus eà lege habitandam fruentemque permittunt, ut ibi habeant arcem montanam, et in eà perpetuum praesidiorum militum stationem, quae terrori sit civibus, si quando novi aliquid moliri tentaverint. Huic porro statioi commodissimus locus visus est Gabaam, quia et ipsa munita erat à natura, utpote quae sita esset in excelso loco,

et ad continentium in officio populum opportuna. Ita putant Abulensis, Lyra, Cajetanus et Hugo. Quam autem præsidiarie hæc stationes infestæ fuerint Israelitis, dicemus infra, cap. 15, v. 19.

OVIVM HABERIS GREGEM PROPHE TARUM DESCENDENTIUM DE EXCELISO, ET ANTE EOS PSALTERIUM. Plura sunt prophetarum genera, aut si mavis, plura ministeria. Quidam propriè et secundum nominis notationem dicuntur *prophetae*, qui nimirum futura prædicunt. Alii, licet minus ad propriam nominis rationem, *prophetae* tamen verè sunt, qui absentia et quæ jam dudum præteritè pòrunt, quæ nullà naturali facultate, sed tantùm divinà quãdam illustratione cognoscuntur. Quo modo Moyses verè *propheta* fuit, dum in libro Genesios, quæ facta sunt in mundi primordio et temporibus aliis obscuris, à divinà illustratione accepta sacris mandavit monumentis. Alia sunt munera quæ, licet non sint omninò prophetica, quia tamen illis operam assiduum impenderunt prophetae, prophetica dicuntur, non quia illi qui ea præstiterunt propheta fuerint, ut edere opera quæ natura exuperant vires, qualia sunt excitare mortuos et alia ejusmodi patrare miracula, interpretari Scripturam sacram, et illius tradere rudioribus populis intelligentiam; sed præcipuè illi dicuntur prophetae, qui divinis laudibus celebrandis vacant, licet longè absint ab afflatu divino. Et quia hæc pars nobis in præsentia necessaria est, idè in illà nobis plusculam operæ ponendum.

Multi in Scripturà sacrà dicuntur prophetae, qui tamen cantores tantùm sunt, aut qui instrumentis utuntur musicis. Id planè constat ex lib. 1 Paralip. cap. 13, ubi, v. 22, cantantium, seu laudantium Dominum chorus, *prophetarum chorus* nominatur. Nam cum præcessissent plurimi, qui cantores dicuntur, et in cymbalis zonis canerepantes, et qui in nabliis arcantè cantarent, quique in citharis pro octavi canentem incipiebant, statim additur: *Chonenias autem princeps Levitarum prophetia præerat ad præcipientiam melodiam; erat quippe valdè sapiens*. Et statim, v. 27: *Chonenias princeps prophetie inter cantores*. Et eodem lib. cap. 25, v. 1, electi dicuntur à magistratu et rege David, qui prophetarent in citharis; sed prophetæ non cinguntur ab hominibus, cum non humano, sed divino Spiritu afflati loquantur; cantores autem optimè, cum homo de vocis suavitate et artis peritià judicare possit. *Igitur David et magistratus exercitibus segregaverunt in*

ministerium filios Asaph, et Henam, et Iditham, qui prophetarent in citharis, et psalteris, et cymbalis, secundum numerum suum dedicato sibi, of ficio servientes. Et iterum, et tertio, eodem capite alii dicuntur in organis et musicis instrumentis prophetare.

Illud præterea observandum, horum prophetarum fuisse quaedam collegia, ubi in arte musica atque harmonica exercerentur. Quod, meo judicio satis probat, quod modo dicebamus de Chonenià, qui prophetia, id est, hymnodia præerat, quia erat valdè sapiens. Et lib. 1 Paralip. cap. 25, v. 7, quidam dicuntur doctores, et qui erudiebant canticum Domini. Illi porò in Scripturà sacrà etiam dicuntur patres, sicut etiam alii doctores et magistri. Genes. 4, v. 21: *Jubal ipse fuit pater cæventium citharæ et organo*. Neque fortassè aliud intelligitur statim, cum de prophetarum patre agitur, v. 10. Hoc docuit Hieronymus in Tradit. hebr., explicans illud de Saul: *Et quis pater eorum? Pater, inquit, magister vocatur, sicut Eliseus Eliam patrem, id est, magistrum vocat, 4 Reg. 2. Et in lib. Job cap. 54, Uelia Eliphaz patrem, id est, magistrum vocat*. Hæc Hieronymus. Neque mihi dubium est, cum Genes. 45, dicit de se ipso Joseph: *Dei voluntatè hic missus sum, qui fecit me quasi patrem Pharaonis, et dominum universæ domus ejus, ac principem in omni terrâ Egypti, patrem eo loco significare magistrum*. Nam cum illa verba numeraret David Psal. 104, v. 21, illud, *patrem*, sic explicuit, ut nemo dubitare posset illis verbis significari magistrum. Sic autem David: *Constituit enim dominum domus sue, et principem omnis possessionis sue, ut erudiret principes ejus, sicut senectipsum, et senes ejus prudentiam doceret*. Cum cætera aliquid habeant certum quò referantur, posteriora ad illud optior referuntur: *Fecit me quasi patrem Pharaonis*, quasi dicat, ut ita principes alios doceret, sicut Pharaonem ipsum ante docuerat. Talis fuisse dicitur prophetarum cuneus, qui præerat Samuel, 1 Reg. 19, v. 20, ad quem cum venissent Saulis nuntii, ipsi quoque prophetarum, quod item fecit statim ipse Saul, sicut hic ante fecerat. Vide Abulensem in cap. 19, q. 51, ubi dicit à Samuele plurima instituta collegia. Fuisse præterea Prophetarum eorum in Najoth in Ramathà, et in Bethel et Jericho, ipsa docet Scriptura. De Bethel, 4 Reg. 2, v. 5: *Egressi sunt filii prophetarum, qui erant in Bethel*. De Jericho, 4 Reg. cap. 6: *Dixerunt autem filii prophetarum ad Elisæum: Lucus, in quo habitamus coram*

te, angustus est. De Najoth in Ramathà habes infra, cap. 49, ubi iterum prophetas dicitur Saul inter prophetas; ibi etiam, v. 20, dicitur fuisse prophetarum cuneus. Simile opinor, collegium fuit horum prophetarum, qui divinis laudibus cantandis assuescent, in Galaad patriâ Saul, quam idè appellari diximus, collem Dei. Quòd verò hi cantores aut psalte potius fuerint quàm futurorum annuntiatores, ipsa instrumentorum musicorum nomina non obscure significant. Ut quid enim illos antecederent psalterium, tympanum, Eda et cythara, et illi tunc simul prophetarent, nisi quia bellè cum harmonico horum instrumentorum sono humanarum vocum symphonia consentit? Quòd si prophetice voces inanes non sunt, neque numero ac varietate confuse, ut quid in solitudine tot prophetarum voces, ubi aut audire nemo, aut admodum pauci? Neque si voces illud verè prophetice, illarum significationem et pondus Scriptura sacrà tacuisset. Hoc avetorum plerisque probari video. Ita tenent Chaldeus hic, q. 5, Abulensis, Lyra, Cajetanus, Tornellus ad annum mundi 2535. num. 14; Hugo et Magister Historiæ scholasticæ. Et hi fermè omnes dicant et, meo judicio, non improbabiler, Samuelem fuisse primum patrem religiosorum ordinum, qui collegia instituit, ubi docerentur musicam, et divinis laudibus assidue vacarent. Vide Abulensem infra, in cap. 19, q. 51.

Illud hic notandum, quod nonnulli ex auctoribus supra citatis observarunt, in his tot prophetantium, id est, psallentium collegiis fuisse aliquos qui verè divino instinctu Spiritu prophetarent. Quòd mihi persuadet, quòd antequàm ab Eliâ, sive ab Eliseo accepissent, qui ex eo prophetarum numero morabantur in Bethel, futurum ut Elias tolleretur à Domino, ipsi jam noverant. Atque idè cum progressi essent obviam Eliseo, dixerunt, 4 Reg. 2, v. 5: *Namquid nosti, quia Dominus hodiè tollet dominum tuum à te? Non disputo an omnes hoc ex divinà revelatione didicerint, satis enim habeo id illorum saltem uni fuisse revelatum, à quo id reliquæ potuerunt. Sanè Augustinus existimare videtur veros hosce fuisse prophetas, et verè ac propriè prophetas, cum Saulèm ad illorum imitationem verè ac propriè prophetas affirmat. Sic autem ille Psal. 105, ad illud: *Qui protexit in aquis superiora ejus* (sic enim ipse legit) cum docuisset donà quaedam supernaturalia sceleratis interdum hominibus concedi addit: *Propheta**

quale munus est? Prophetavit Saul malus rex, et tunc prophetavit, cum David sanctum persecueretur. Et statim impletum esse dicit Spiritu prophetandi. Et de aliis, qui missi ante fuerant, ut Davidem comprehenderent, qui etiam prophetas dicuntur, ait: *Impleti, sunt Spiritu prophetie, qui missi sunt, et prophetaverunt*. Neque aliud videtur sentire S. Thomas 2 2, q. 172, in corp., ubi ait, filios prophetarum habitasse simul cum Eliseo, et quasi e solitariam vitam ducentes, ne mundanis occupationibus impederentur à dono prophetiæ. Idem Theodoretus q. 24. Sed, ut dixi, illud plerisque probatur, qui eà de re ex instituto disputant, et rationes quas superius adduximus, et latius Abulensis persequitur, q. 5, omninò probant.

At dices, ex psalterio, et tympano, et aliis harmonicis instrumentis, non satis firmam sumi conjecturam, ut credamus hos non tam esse prophetas in significatione propriâ, quàm cantores: quia suavis et harmonicus sonus spiritus excitat prophetarum, et ad accipienda oracula divina disponit. Quòd docuit Eliseus, lib. 4 Reg. 5, v. 15, qui cum exuperare vellet divinam voluntatem, dixit: *Nunc autem adducite mihi psalterem: Cùmque caneret psalterem, facta est super eum manus Domini, et ait: Hæc dicit Dominus*. Dicemus hæc de re suo loco pluribus. Nunc satis sit dixisse, ut Abulensis, q. 5, docuit, eo loco non cantasse aut instrumentum pulsasse prophetam, sed alium psalterem adduxisse, quo pulsantè, ipsius spiritus ad divinam illustrationem disponderetur.

VERS. 6. — ET INSILLET IN TE SPIRITUS DOMINI, ET PROPHETABIS CUM EIS, ET MUTABERIS IN VIBUM ALTERUM (1). Optimè hic Abulensis, q. 6,

(1) *Vous serez changé en un autre homme*. Il est dit plus bas lorsque cette parole fut accomplie: *Dien changea le cœur de Saul, et fut en donna un autre*. Le changement qui arriva alors dans Saul fut grand, mais plus selon le monde que selon Dieu. Car d'un particulier peu considerable on par sa naissance on par sa personne, il prend tout d'un coup un cœur de roi. Il conçoit des pensées dignes de ce haut rang où Dieu l'avait fait monter. Il devient redoutable à ses ennemis, comme nous verrons dans la suite, et aimé de ceux au-dessus desquels il est élevé en un moment par la puissance qu'il reçoit du ciel. On peut dire même que ce changement, qui lui attrait tant de gloire, fut un changement bien malheureux, puisque cette grandeur d'âme qui avait d'abord paru en lui dégénérer aussitôt en une témérité que sa première modération semblait avoir méritée.

docet, spiritum illum, qui insilit in Saülem, non fuisse spiritum prophetie, sed spiritum devotionis, quo vellet, et facultatem aliquam, quâ posset in divinas laudes cum illo prophetarum cœtu ardentius incumbere. Planè hominem rusticum, neque musicam doctum, neque ministerio illi assuetum, quod tam erat supra illius facultatem et captum sublime, inter eximios illos psaltas neque indoctè, neque indoctè psallere, non est humani ingenii atque artificii, sed Spiritus divini, qui ut talia in hominibus operetur, neque tempore eget, neque illis artibus, quibus humana utitur solertia. Quare mutatus dicitur Saül in virum alterum, ex rustico videlicet, et asinarum pecorumque custode, in psalterem, et in eum qui agreste illud et pastorale negotium non exeret, et ab eo, qui humana quædam et humilia curabat, et illis esset assuetus, et fortasse ad alia parum idoneus, in illum qui jam esset ad graviora et ad regium nomen et munus non ineptus. Itaque cum contribules et Gabaita cives talia viderent, qualia nunquam viderant neque expectarant à Saüle, et egregium psalterem agnoscerent in homine prius inculo et ab studiis urbanitatis alieno, admirati repentimam illam metamorphosim, dicunt ea de quibus statim vers. 11.

VERS. 7. — *Fac quæcumque invenerit manus tua, quia Dominus tecum est.* Illa signa dedit Saüli Samuel regi à Domino concessi, quæ cum primùm acciderint, jubet illum bono esse animo, et à Domino felicem sperare successum in rebus omnibus quas tentaverit. Ita plerique exponunt illud : *Fac quæcumque invenerit manus tua.* Quare admonetur Saül ut agat quodcumque occurrerit, seu venerit ad manum, ac si dicat : Age quodcumque volueris, neque enim tibi usquam aberit Deus, quem auspiceum

Mais on peut voir ici en figure ce qui se passe dans les vrais pasteurs. Dieu ne les appelle à cette charge, qu'après qu'il leur a donné les qualités ou de nature ou de grâce qui sont nécessaires pour la soutenir. Il leur inspire de plus une humilité profonde qui leur persuade qu'ils en sont indignes, et qui leur fait craindre d'être accablés par le poids de cette charge. Et lorsque c'est Dieu qui les y appelle, il les change en d'autres hommes, comme il a paru en plusieurs saints, et il leur donne une force et une charité inaltérable proportionnée aux grandes choses qu'il demande d'eux. Ainsi les obstacles qu'ils rencontrent ne servent qu'à accroître la fermeté de leur foi; et il paraît par toute la suite de leur vie, que c'est la vertu de l'esprit de Dieu qui soutient en eux la faiblesse humaine.

(Sacy.)

habebis et patronum. Alii dicunt admoneri Saülem ut quidquid ad regiam dignitatem et officium spectat, audacter aggrediar, certus de successu qui nunquam deerrabit à voto. Id autem ex eo sperare jubetur, quia cum rex à Deo designatus sit, quæ regii sunt munera, ipse secundabit. Ita videtur sentire doctores hebræi, ut indicat Hieronymus in Tradit. hebr. « Ilis signis, inquit, noscere poteris, quia Deus te regem fore voluit; et idcirco ad omnia que tibi agenda sunt, regaliter age, quia Deus tecum est. » Ex quibus verbis illam ego sententiam informo, et fortasse magis ad Hebræorum mentem, nempe ut in omnibus quæ occurrerint, seu ad manum venerint, regium assumat animum, et regio more tractet atque disponat.

Aliter explicat Chaldaeus, nempe ut paret sibi vasa, seu instrumenta regni, illa videlicet, quæ regiam decent personam, aut quæ regis ministeriis et studiis commodare atque servare possunt. Ego conjungendo chaldaicam expositionem cum hebraica atque Vulgato textu, hanc addo ad reliquas expositiones, ut regium nimirum assumat animum, et populum nondum solum à Palestino jugo, ad libertatem omnino vindicare studeat, neque illorum potentiam aut apparatus bellium reformidet, neque illius spiritus frangat, aut debilitet, quod oppressi Israëliticæ Palestinorum imperio, neque arma habeant (ut enim habes cap. 15, v. 22, in toto exercitu tantum Saül et Jonathas hastam habuerunt et gladium), neque fabros, qui illa cœdendi aut arte aut facultate polleant, sed faciat nempe arma bellica, quæcumque primùm ad manum venerint, sive sit vomer et ligo, sive duri stipes, sive prænsti sudes, denique quidquid telorum sors et fortuna ministraverint : nam quæ naturâ suâ infirma sunt, illa, duce atque auspice Deo, magorum telorum usus et pondus habent. Quæ sententia non omnino displicet mihi, licet quæ principio dixi magis mihi probentur.

VERS. 8. — *Et descende ante me in Galgala.* Non constituit certum aliquem diem, quando profecturus sit in Galgala, sed tantum ut predicet, aut monet ut descendat in Galgala, et ibi ipsum septem expectet dies. An tempus tunc illi præstiterit, cum eò esset profecturus, non constat ex hoc loco, neque (quod ego viderim) ex ullo Scripturæ sacræ testimonio. Illud videtur certum, septem illos dies non esse numerandos ab hoc tempore quo unctus est primùm à Samuele Saül, neque ab eo tem-

pore quo hæc signa regni constituti cognovit Saül, quia tot acta referuntur ex hoc tempore ad illam Saülis profectionem, ut septendecim illo spatio peragi non poterint. Suspicio tamen in certum aliquod tempus condiciam esse profectionem, quod licet subobscurè, indicat tamen, quod de illo spatio legimus infra, cap. 15, ubi post aliquot dies descendisse dicitur Saül in Galgala, ibique ad septimum usque diem spectasse. Quid autem illi contigerit, et quid acciderit mali, quia totos septem dies non expectavit, eo loco videbimus. Abulensis, q. 11, putat hoc generale fuisse mandatum, ut quoties res aliqua occurreret, quæ consilium et deliberationem desideraret, secederet in Galgala Saül, et Samuelem accerseret, expectaretque septem dies, ut immolatis victimis consuleret Deum, ediceretque ab eo quid facto esset opus. Idem etiam non improbat Cajetanus, cum tamen priorem sententiam studiosius esset amplexus.

VERS. 9. — *Itaque cum avertisset humerum suum, ut abiret à Samuele.* Ab actione motusque corporis significatur Saülis à Samuele digressus. Nam cum ab aliquo discidimus, illi terga convertimus, et in contrariam partem faciem olivimus. Unde cum Deus homines à suo congressu aut observantia recessisse significat, illorum ad sese terga conversa fuisse dicit. Jerem. 2, v. 27 : *Vertetur ad me tergum, et non faciem.* Et iterùm repetit cap. 52, vers. 55.

IMITATIVE ET DEUS COR ALIUD. Ubi evocavit Deus Saülem ad regni gubernacula, mutavit illi, quos ante habuerat, abjectos fortassè et ignobiles spiritus, quales esse plerumque solent in illis qui ruri degunt, vitamque agunt incultam et agrestem, et inspiravit regios, ita ut majora conciperet quàm antea solitus; priores abjiceret cogitationes, neque periculis oblati responderet animum, aut mentem haberet, sicut antea fortassè, pinguem et obscuram. De aliâ mentis mutatione, cum ab spiritu repente mutatus est et abreptus, et inter psaltas cecinit, paulò ante dictum est. Illa enim fuit dissimilis longè mutatio, quæ illum egregium fecit psalterem; hæc verò alio spiritu regiam indidit mentem, et regno reddidit non ineptum.

VERS. 10. — *Insilit super eum spiritus Domini, et propheta vit in medio eorum.* Hæc à nobis explicata sunt nuper ad illud : *Et insilit in te spiritus Domini.* Hebræi dicunt (ut ait Hieronymus in Traditionibus hebræis) verè

et propriè vaticinatum esse Saülem de futuro seculo, de Gog et Magog, de iustorum præmiis malorumque supplicio. Sed Hebræis facilius est fingere quàm probare, imò quàm cogitare quod fingunt. De hæc Saülis prophetiâ optime Augustinus lib. 2 ad Simplicium q. 1 : « Tantùm, inquit, distat inter prophetiam prophetarum, sicut Isaias, sicut Jeremias, et ceteri hujusmodi fuerunt, atque istam transitoriam, quæ in Saül apparuit, quàm distat inter loquelam humanam, quam loquuntur homines, et cum eodem loquelâ humanâ propter necessarium prodigium asina locuta est, in quâ selectus Baalam propheta. Accepti enim hoc ad tempus illud jumentum, ut Deus quod staterat demonstraret, non ut habitu perpetuo inter homines bestia loqueretur. »

VERS. 11. — *Quænam res accidit filio Cis?* Ex hoc ego conjecto, parentem Saülis Cis hominem esse rusticum, incultum et longè alienum ab omni ingenii atque urbanâ disciplinâ. Quare cum contribules et cives canentem audirent Saülem, mysteria videlicet arcana ex Scripturâ desumpta, et divinas laudes in illo prophetarum cœtu celebrantem, non sine causâ admirantur filium ejus qui nunquam cecinisset, neque ad illud psallendi ministerium filios instruxisset, tam cum prophetis aliis cantasse numerosè, et Scripturæ sacramenta quàm paucissimis nota tam proferre et insanare sapienter. Atque ideò admirabundi dicunt :

NEW ET SAUL INTER PROPHETAS? Sicut proverbiorum plurima ex re admodum difficili ac rarâ habuerunt originem, quæ quod rarum est, et à rerum naturâ vehementer alienum familiaris formulâ significat, sic etiam cum Saülis studia longè essent à prophetarum, id est, cantorum instituto et moribus aliena, in proverbialem speciem abiit hæc Saülis inter prophetas reptentia modulatio. Atque ideò dicunt : *Num et Saül inter prophetas?* Ac si dicant : Res planè admirabilis et prodigio similis, Saülis sumptum esse psalterium, et ad ejus numerosos sonitus rusticam et agrestem vocem temperari, et in voce non solum non doctâ, sed etiam ad musicos numeros indocili, aliquid resonare ad sententiam grave, ad suavitatem concinnum, quasi esset longè studio et singulari quâdam arte perfectum. Sic quæ maxime distant, conjungere solemus, ad hanc dicendi proverbialem formam, cum prodigiosum aliquid significare volumus. Quale est illud, *κρηχεν εν λυγαρις : Corchurus inter olera; εως εν υδατασι : Asi.*

mus inter apes; *ad hoc in vatic. psalmus: Corvus inter Musas.* Quod aliter expressit Maro ecloga 9: *Nam neque adhuc Varo videor, neque dicere Cuius Digna, sed argutos inter strepere anser olores.* Ubi omnes has fermè proverbialès formas sumptas esse ex musicà, cum inductos, et in canendo absonos et agrestis cum vocalissimis ac suavissimis cantoribus componitur. Neque aliena sunt ab hac etiam sententià trite illa loquendi figuræ, quæ etiam à vocis suavitate et musicâ ducuntur, in quibus longum in eo genere spatium constituitur: *Asinus ad lyram.* Et adhuc magis ad nostrum institutum Persianum illud, Sat. 5, ubi homines vasto ac procerò corpore, et rebus jam antea rusticis aut peccariis assueti, quales fuerant Arcades, et qualis videtur fuisse Saul, inepti iudicantur et pangendis hymnis, et tractandis musicis instrumentis; ubi cum solum animum et mollibus assuetum difficilè ostendit posse ad bonam frugem traduci, cum homine comparat, qui cum sit longus et vasto corpore, lyram poscit, et cyncenam melos meditat.

Sambucam citius caloni optaveris alto.

Ex veteri itaque instituto et domesticâ disciplinâ orta est admiratio. Sic cum Solymitani cives apostolos Galilæe esse cognoscere, piscatores videlicet, et qui omnium, qui in terrâ promissionis agebant, censerent tardissimi, et Actor. 2, tam audirent agentes eloquenter et graviter ad populum, stupebant omnes, et mirabantur dicentes: *Nome ecce omnes isti, qui loquuntur, Galilæi sunt? et quomodo!* etc. Ex patre item Christi (talem enim Judæi putabant esse Josephum) mirabantur, quod cum ipse faber esset, à quo divinam illam sapientiam laurire non posset, neque ad publicas scholas et synagogas mittere, ubi à legis magistris eximiam illam doctrinam acciperet, tam loqueretur sapienter et graviter. Atque ideò dicunt: *Unde hinc hæc omnia? et quæ est sapientia quæ data est illi?* etc. *Nome hic est faber, filius Mariae?* Fabrum appellat, quia fabri filium existimabant. Sic etiam dicebant de Saule, quem filium vocant Cis, à quo nihil putabant doceri posse ingenium et liberale: *Quænam res accidit filio Cis? Num et Saul inter prophetas?* Ac si dicerent, monstri simile, tam vastum et agrestem hominem, et tali natum parente, tam scitè atque suaviter modulari, et illa canere quæ nunquam ante didicisset.

VERS. 12. — ET QUIS PATER EORUM? Non eodem omnes modo convertunt aut explicant hunc locum. Quidam ita explicant, ut in patre

Cis intelligant, et ita hæc accipiunt, sicut nos superiora nuper exposuimus: *Equus est pater Saulis, ut ab illo hanc prophetandi, id est, numerosè cantandi artem accepit, cum et ipse rusticus sit, et hujus liberalis artis imperitus?* Ita Hugo, Cajetanus et Lyra. Alii in patre magistrum intelligunt, et subito hanc mutationem, quæ homo amusus repente in tantum yatem et musicum evasit, Deo attribunt, cui ut facile est subito honestare pauperem, sic elingues desertos facere et matos, et absonos, canoros et vocales. Tunc autem sic exponunt: *Quis horum prophetarum, aut cantorum magister? Sanè non alius, quam Deus, qui repente vires, ingenium et artem inspirat. Atque ideò quod à patre non potuit Saul, id à Domino rerum omnium maximo et presentissimo magistro momento temporis accepit.* Ita Hugo, Emmanuel Sá, Serarius, Abulensis, Dionysius. Aut certè hæc referenda sunt ad illorum patres qui in illo conventu simul cum Saule prophetauit, qui non videtur magis ad illud prophetandi genus institui, quam Cis Saulis pater. Quasi dicant viri illi, qui repentinam in Saule mutationem admirabantur: *Equus est illorum pater, quos in hoc prophetandi genere socios habet Saul? An illi prophetae, an illi prophetarum duces et magistri? Quid ergo miramur, si Saul rusticus natus parente prophetæ cum prophetis, cum iste prophetandi spiritus et facultas ab alio quam à parente derivatur? Et hæc expositio præter ceteras placet. Hebraei, ut refert Hieronymus in Traditionibus hebraicis, sic explicant, Saulem, cujus tunc tantum vident tamque repentinam mutationem, sic in psallendo videri peritum, ut omnium possit esse magister; quod etiam tenet Angelomus; patrem verò pro magistro sumi, jam supra à nobis prolatum est. Quæ sententiâ minùs mihi placet, quam alia omnes; plures explanationes adhibet Hugo, quas hic referre necessarium non est.*

VERS. 15. — CESSAVIT AUTEM PROPHETARE, ET VENIT AD EXCELSUM (1). Egressus fuerat propheta

(1) ET VENIT AD EXCELSUM, scilicet collem unde propheta descenderat v. 8; in excelso enim erat locus orationis et sacrificii. Ergo ascendit Saul antiquam ad suos rediret, ut animum colligeret, et Deo pro tot donis sibi collatis gratias ageret, ait Abulensis, Hugo, et Dion. Mystice S. Gregor.: *Ad excelsam inquit, post prophetæ ministerium venit, qui ad cælestia gaudia, quæ prædicat, mentem erigit, et ad ea amando, se sublevat, quem loquendo monstrat; doctores quidem cum minoribus plana prædicant, quasi in plano*

excelsi tarum cuneus extra civitatem, et in ipso montis clivo occurrit Sauli, ubi à divino Spiritu assallatus et impulsus, adjunxit se prophetis, et eorum illorum exemplum divinas laudes numerosè cantando prosecutus est. Ubi autem spiritus ille desubstituit et cantare desiit, venit in excelsum, quod est, in Gaba patriam suam, quæ juxta sui nominis notationem collem significat et excelsum locum. A quo patrus familiariter interrogavit, quò inde discessisset. Ex quo optimè colligit Abulensis, illam patriam esse Saulis; alioquin non dixisset patrus: *Quò abistis?* sed: *Unde hinc venistis?* aut: *Quis casus, aut necessitas hinc adduxit vos?* (1)

VERS. 17. — ET CONVOCAVIT SAMUEL POPULUM AD DOMINUM IN MASPHA. In fine cap. 8, præcepit Samuel populo, qui regem suum postulabat, ut in suam quisque civitatem discederet, quasi consulto Deo, citò esset illum evocaturus. Quare cum jam esset exploratum, quid in designando rego Domino placuisset, illum venire jussit in Maspha, ubi ipse, ut supra vidimus cap. 7, v. 16, conventus cogere solebat. Quare, ut bene notavit Cajetanus, non ideò ibi esset tabernaculum, aut arca, sed quia ad comitia, causarumque disceptationem, locus ille consebatur opportunus. Et quidem cum adhuc tabernaculum et arca forent in Silo,

et quia post verba prædicationis ad promerenda ea quæ prædicant, se bonis operibus præparant, ad excelsum venire præhibentur.)

(1) VERS. 14. — DIXITQUE PATRIBUS SAUL. Patrus hic Saulis fuit Ner pater Abner principis militiae Saulis, inquit Beda, Hugo, Abul., Dion., et alii. Ner ergo fuit frater Cis patris Saulis.

(Corn. à Lap.) *Saul ne découvrit rien à son oncle de ce que Samuel lui avait dit touchant sa royauté, Saul ne dit rien à ses plus proches de ce qui venait de se passer en sa personne. On l'interroge; il ne répond rien. Il se cache lui-même, et il attend que Dieu, qui l'a choisi en secret, achève l'ouvrage qu'il a commencé. Cela doit faire rougir ceux qui après avoir rien de moins dres grâces que n'en avait reçu Saul, sont les premiers à les publier. Leur vanité leur cache cette vérité si importante, que c'est à Dieu à révéler lui-même ses ouvrages, et qu'on doit en laisser à sa providence et à sa sagesse le progrès et la fin aussi bien que le commencement, parce qu'à moins de cela, les hommes les voient par leurs empressements, et Dieu s'en retire; comme nous voyons dans une image qui paraît petite, mais où nous pouvons remarquer le doigt de Dieu, que les oiseaux abandonnent leurs œufs dans leur nid, lorsqu'ils s'aperçoivent que des mains étrangères y ont touché, et qu'on a troublé ce qu'ils avaient commencé de faire.* (Sacy.)

406 nihilominus populus communi de re deliberatus cogebatur in Maspha, ut Judic. 20, v. 1. Illed præterea adducit Samuel potuit, ut illa populi comitia cogeret in Maspha, quia ibi erat orationis locus et oratorium nobile, qualia multa fuisse in terrâ promissionis docet Josephus in Vita sua, longè post medium: *Sequenti, inquit, die populus convenit in prosequas, quam vocant precatonis locum amplam.* Idem Philo de Vita Moysis: *Apud Judæos, inquit, destinata oppidum in sacris precatibus loca, quæ prosequas, vulgus nominat.* Epiphanius hæresi 80, in principio: *Fuerunt antiquitus orationis loci et tum inter Judæos extra civitatem, tum inter Samaritas.* In hunc sensum explicat ego in Commentariis super Acta illud cap. 16, v. 15: *Die autem sabbatorum egressi sumus foras portam juxta fluvium, ubi videbatur oratio esse; et sedentes loquebamur mulieribus quæ convenerant.* Ubi pro oratione, græcè προσευχή dicitur, quæ orationis esse locus, seu oratorium. Tab oratorium celebre ac nobile videatur fuisse in Maspha, ut colligitur ex cap. 20 Judic., de quo proxime, ubi populus convenisse dicitur in Maspha, ut ibi rem Domino commendaret, de quo tunc erat deliberatio. *Egressi itaque sunt omnes filii Israel, et pariter congregati quasi viri unus à Dan usque Bersabee et terrâ Gataad, ad Dominum in Maspha.* Et clarius 1. Machab. c. 5, v. 46, ubi Judæi, cum orare non possent in Jerusalem, quam hostes occupaverant, congregati sunt, et venerunt in Maspha contra Jerusalem, quia locus orationis erat in Maspha ante in Israel. Hæc itaque ratio adduxit, ut opinor, Samuelem, ut conventus illi provinciales haberentur in Maspha. Sed erat præterea gravis illa ratio, quòd locus ille videbatur habendis comitiis opportunus. Eam enim ob causam, Goliath, quem Nabuchodonosor reliquis populi præpositus, elegit sibi quasi præfectoræ suæ sedem Maspha, ut habes ex Jerem. c. 40 et 41.

VERS. 18. — EGO EDUXI ISRAEL DE EGYPTO. Hæc Samuel exprobat Dò nomine populo vesano, et beneficiorum inmemori, quòd cum tot esset ornatus à Domino beneficiis, cum ex Ægypto jugo, et deinde ex aliorum regum servitute toties creptus, aliisque paternæ similitudinis modis aut recreatus aut sublimatus fuerit, tamen ipsum abiecit, et pro Deo imperatore ac regè, suis capitibus hominem præponi voluerit. Quomodo Deus abjectus fuerit inducto regio dominatu, diximus c. 8, ad it-

illud. Non enim te abjecerunt, sed me, ne regnem super eos.

VERS. 19. — NUNC ERGO STATE CORAM DOMINO PER TRIBUS VESTRAS ET PER FAMILIAS (1). Sicut olim apud Romanos comitia fuere centuriata et tributa, id est, per tribus atque centurias distributa, sic etiam nunc Samuel tribus familiarumque distinguit, quod commodius explorari possit, ex qua familia ac tribu sumendus esset ille cui summa in reliquis esset permittenda potestas. Nam si res erat committenda sortibus, et primum deliberandum de tribu, deinde de familia, idque sortitio, necessarium erat, ut tribus à tribubus, et à familiis familie locarentur seorsum. Quod aliis sæpè locis, et ante hoc tempus, et postea factum esse puto. Sic Josue cap. 7, v. 14: *Accediteque manū singuli per tribus vestras, et quamcumque tribum sors invenerit, accedet per cognationes suas, et cognatio per domos, domusque per viros.* Simile aliquid fecit Saul infra, cap. 14, v. 40. Cum autem sortes moderaret Deus, juxta illud Prov. c. 16, v. 33: *Sortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur.* in hujusmodi consultationibus, que sortitio fiunt, præmitti solet oratio, sicut fecit Saul infra, c. 14, et Apostoli Actor. 1, cum sortibus permiserunt electionem ejus qui promittitur Jude loco sufficientem erat. Hoc puto factum esse à Samuele, cum in Maspha, id est, in orationis locum populum adsevit, idque significatum arbitror illis verbis: *State coram Domino*; hoc enim orationem indicat, aut religiosum aliquid opus, quod Deum placet, aut ab eo lumen et misericordiam implorat.

VERS. 20. — ET CECIDIT SORS TRIBUS BENJAMIN. Quod fuerit hoc genus sortium, incertum est, quia Scriptura sacra neque hoc loco, neque in ullo alio, quod ego viderim, cum de sanctorum agit sortitionibus, certam aliquam tradit illarum formam. De divinatione aut sortibus quibus usi sunt gentiles, alia ratio est, de quibus nos aliquid in nostris Commentariis super Ezechielem, ad illud c. 21, v. 21: *Divinationem quaerens, commiscens sagittas.* Et ad

(1) PER TRIBUS VESTRAS ET PER FAMILIAS. Hebraeus: *Ad tribus vestras et ad milia vestra.* Singula tribus seorsum, et singula etiam seorsum majores familie. Porrò duodecim tribus distinguantur in majores familias, proximè è filius viri principis tribus derivatas. Majores autem familie in plures minores scindebantur. Primum sortes facte sunt in duodecim tribus, tum in majores familias Benjamin, deinde in singula privata domus Metri, deinde in singula capita domus Cis. (Calmet.)

illud Actor. 1: *Cecidit sors super Matthan.* Illud hic observandum, non semel sorti rem esse commissam, sed quater, aut fortasse sæpius; primum consultum est de tribu; secundo, de cognatione ac familia; tertio, de domo; ultimo de viro cui concedenda esset regia potestas. Quod etiam factum videmus Josue cap. 7, in causâ Acham, ubi quater per sortes videtur facta discussio (1).

VERS. 22. — ET CONSULUERUNT POST HEC DOMINUM, UTRUM VENTURUS ESSET ILLUC (2). Cum comitia illa non obisset Saul, deque illo querendo laboraret populus, consultus est Dominus, fortasse per sortes oratione sociâ, quæ à sortitione abesse neque debet, neque, ut reor, solita est. Aut certè adfuit quoque inter illos qui conveniant, sacerdos summus, qui tunc erat, neque enim virum tantum in re tantâ defuisse verisimile est; ille autem afferebat tunc secum Ephod, per quod Deum consulere et quid factu opus esset explorare potuit. Consuluerunt autem an ipse venturus esset ad comitia, vel certè dimissis huc illicque viatoriis quaerendus. Videbatur autem durum, tantam multitudinem ibi diutius expectare, neque

(1) VERS. 21. — CECIDIT COGNATIO METRI. Nemo hujus nominis legitur in genealogiâ Benjamin, deductâ in I Paralip. 8, l. et seqq. Creditur tamen iste Metri duplici nomine instructus fuisse; nomenque illud Metri non applicationem fuisse potius quam cognomen, deducendum ex peritiâ jaculandi; Metri enim מַטְרִי est jaculator. Septuaginta: *Κατὰ τὴν*

(Calmet.) *On chercha aussitôt Saul; mais il ne se trouva point.* Saul, qui se cache lorsqu'il prévoit qu'on le viendra prendre pour le faire roi, est une figure de ce qu'on fait depuis plusieurs des plus saints évêques, qui se sont toujours cachés lorsqu'ils ont appréhendé que le peuple ne jetât les yeux sur eux pour les faire princes de l'Eglise. Ils ont fui les charges très-sincèrement, et ils ne s'y sont soumis qu'avec peine. Et si tant d'autres aujourd'hui les poursuivent avec ardeur, c'est sans doute parce qu'ils ont moins de lumière pour en connaître le poids, et non pas qu'ils aient plus de force pour les soutenir. Les saints avaient une foi vive, et l'ambition était morte en eux. Ainsi ils fuyaient de tout leur cœur la pesanteur de ces charges, et ils n'en désiraient nullement, la gloire et l'éclat. Aujourd'hui, au contraire, l'ambition est ardente, et la foi est presque éteinte dans le cœur de plusieurs. Ainsi on souhaite avec empressement de s'établir dans le monde par ces dignités si éclatantes, sans se mettre en aucune peine, ni du poids des âmes dont on se charge, ni du compte exact que l'on en doit rendre. (Sacy.)

(2) Hebraeus ad Hiteram: *An venturus esset adme hinc vtr; an vix se dedisset, seu venire statuisset.* (Calmet.)

dixit, opes atque divitias non solum homines superbos, sed etiam stultos facere. Si hæc fecit Saul jam à priori conditione mutatus; quò viam sibi expediret ad subditorem demerendis animos, inspiratâ à Deo prudentiâ satis grave documentum dedit. Sed fortasse id fecit potius quia modestus tunc erat et humilis, et oblatum regnum horrebat, adeò non amabat. Quare dictum est illi à Samuele c. 15, v. 17: *Novne cum parvulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es?*

VERS. 23. — ALTIOR FUTT UNVERSO POPOLO AB NUMERO ET SERSUM. Hoc jam explicatum est supra, cap. 9, ad v. 2 (1).

VERS. 24. — CERTE VIDETIS, QUEM ELEGIT DOMINUM, QUONIAM NON SIT SIMILIS ILLI IN OMNI POPOLO (2). Ille laudat propheta Saulem non ab

(1) Tropolog. S. Greg.: *Rex, inquit, præcellit collo, præcellit et capite. Quid enim in collo, nisi locutio? quid in capite, nisi mentis contemplatio designatur? Capite ergo et collo subditorum omnium capita exhibitis, est contemplationis altitudine mirabilis est, et sublimitate doctrine.* Et paulo inferius: *Eminens, inquit, rex collo, emineat capite, sit humero sublimis, ut conversatione perfectus sit, eloquio mirabilis, pro cæteris ardens in arce contemplationis.*

Allegor. Saul fuit typus Christi, idque ob tres analogias, quæ recenset Beda lib. 2 in Samuel cap. 5: *Primo, inquit, quia Saul de tribu Benjamin, id est, filii dexteræ, descendit; ita Christi Domini familia, quæ ab eo passim ac regitur, tota dexteræ est; nam ejus charitas in eis solum, qui ad dexteram regni partem pertinent, pericèssit generatur. Secundo quia Saul altior fuit universo populo, et seu eminebat super omnem populum; ita Christus Dominus suæ sanctitatis et potestatis gloriâ cunctos facili superabat. Quis enim similis erit Deo, inter filios Dei? Et iterum: *Qui de celo venit, super omnes est.* Tertio, quia Saul in regem unguendus absconditus est domi, ita et Christus Dominus, cum venturi essent ut raperent eum et constituerent sibi regem, fugit. Nec sine mysterio Saul domi absconditur; Quia Christus Dominus, inquit Beda, intus se queri debere, intus inveniri posse, intus esse quæ docet, intus, quò dicit, ostendit. (Gorn. à Lap.)*

(2) *Vons voyez quel est celui que Dieu a choisi, et qu'il n'y en a point dans tout le peuple qui lui ressemble.* Aussitôt que Dieu a déclaré qu'il avait choisi Saul, et que ce nouveau prince paraît devant le peuple, Samuël en parle avec estime. Il s'oppose par cette conduite à ceux qui tiennent les premiers rangs dans l'Eglise, à honorer toujours devant les peuples ceux que Dieu leur donne pour pasteurs. Car ils ont beaucoup de leur réputation non pour eux-mêmes, mais pour leurs peuples, sur l'esprit desquels ils doivent avoir de l'autorité, afin que leurs paroles entrent dans leur cœur. Le prophète dit qu'il n'y en avait point dans tout le peuple qui lui fût semblable. C'est ce que l'Eglise chante

animæ dotibus, quas non videbat populus, sed à corporis proceritate atque habitu, in quo regium aliquid apparebat, et de hoc tantum iudicare poterat; neque enim ingenium hominis, aut animi dotos ante viderat, cum neque illum nòsset familiari convictu, neque de illo quidquam ad illud usque tempus audisset. Atque ideò dicit: *Certe videtis, etc.*, ac si dicat: *Externam videtis hominis speciem, secundum quam nemo est illi melior in toto populo; ex illà vos reliqua conjicite.*

VERS. 25. — LOCUTUS EST AUTEM SAMUEL AD POPULUM LEGEM REGNI; ET SCRIPSIT IN LIBRO, ET REPOSUIT CORAM DOMINO. Ideò quæsitus et accersitus Saul, ut simul cum populo leges audiret quæ modum administrandi regni præscribunt, ut ipse nòsset quid oneris cum regno suscipisset, et populus, quid regio nomini deberet, ut re prius legitime ritique composita, solutus esset, atque pacatior regni moderatio, Scripsit ergo Samuel leges haut dubie ex divino præscripto, in quibus tam regi quam populo rei communis et publicæ proponeretur forma. Quibus cum aliquid inesset sacrum, sicut illa sacra, coram Domino, id est, in tabernaculo repositæ sunt, traditæque sacerdotum fideli custodiæ. Quid actum fuerit de hoc libro, aut quam tradidit reipublicæ formam, ignoramus. Illud videtur certum, optimos principes, qui non tam suis quam communibus commodis serviebant, in illas leges tanquam in speculum intentos, se ipsos primum, deinde rationes publicas temperasse.

Illud præterea hic observandum, quæ ad publicam administrationem essent instituta, quæque hominum calliditate corrumpi possent cum magno rerum publicarum incommodo, illa servata esse in sanctuario, in quod non admittebantur, quorum essent suspecti mores, et veteratorum ingenium. Quare lex in sacratissimo tabernaculi loco, id est, in arca Testamenti claudabatur, lib. 3 Reg. cap. 8, et pondera atque mensura, quæ leges etiam quadam sunt quæ rerum quantitatem explorant, ad quæ alia vulgaria ac publica examinarentur, servabantur in templo. Quare suo jure Samuel legem regni, quam acceptat à Domino, in tabernaculo coram Domino asservari voluit, ne fortè in illam hominum astutià labes irreperet.

de chacun des saints évêques: Non est inventus similis illi. Car celui qui gouverne les autres devrait exceller au-dessus de tous, et tenir le même rang, parmi ceux qu'il gouverne, que tient la tête dans les membres de notre corps. (Sacy.)

Ut autem alii plurimi libri ex Scripturâ sacrâ perierunt, sic etiam Domino juxta insulatum suam sapientiam permittente, liber iste Samuelem interit, Scripti fuerunt sacri libri, quorum Scriptura sacra sæpè meminit, neque illorum aliquid est reliquum præter nomen. Liber Beliorum Domini citatur Num. 21; liber Josiorum, Josue cap. 10; quinque millia Cantiorum Salomonis, lib. 5 Reg. cap. 4; ibidem de rerum naturalium Disputationibus; liber Lamentationis Jeremiæ in Josiæ funere, de quo 2 Paralip. 35; et alii plurimi, quorum tantum superest memoria. In horum censu numerat hic Samuelis liber de regno, qui etiam intercidit.

VERS. 26. — ET ABIT CEM EO PARS EXERCITUS, QUORUM TETIGERAT DOMINUS CORDA (1). Eo tempore

(1) Une partie de l'armée s'en alla avec lui, qui étaient cent deux. Dieu avait touché le cœur. On peut remarquer ici une vérité importante pour la conduite de la vie. Il faut sans doute suivre en toutes choses les desseins de Dieu, étant très-juste que sa volonté soit la règle de la nôtre. C'est pourquoi les Israélites étaient très-coupables de lui avoir demandé un roi, pour se soustraire à la puissance qu'il avait sur eux, et pour se faire un autre gouvernement que celui qu'il avait lui-même choisi pour son peuple. Mais Dieu, par condescendance, s'étant rendu à ce désir déréglé, il voulait que les Israélites se rendissent à cette volonté seconde, sans considérer qu'elle n'était pas venue dans son origine de l'ordre de Dieu.

Il se passe ainsi plusieurs choses dans la conduite du monde et dans l'établissement des ministres de l'Eglise. Ils peuvent entrer quelquefois dans leur ministère par une autre porte que par celle que Dieu leur aurait ouverte; mais lorsqu'ils s'y trouvent établis, il faut s'y soumettre avec une obéissance pleine de respect, comme les plus sages du peuple de Dieu se soumettent volontairement en cette rencontre à celui d'entre eux qui est ch. roi. C'est pourquoi ceux qui s'opposent à cet ordre sont appelés des enfants de Bédai, c'est-à-dire, des hommes sans joug, qui ne pouvaient qu'exciter, par leur révolte, une guerre civile parmi les Hébreux. Ainsi, quelque désordre qu'il arrive dans l'Eglise, il ne faut jamais se séparer de celui qui en est le chef, ni causer des troubles dans son unité, parce que le mal qu'on fait en se divisant est toujours plus grand que celui pour lequel on se divise.

SEN ET SAUL ABIT IN DOMUM SUAM IN GABA. Mystice S. Greg. : « Dominus, inquit, regis in Gaba sita perhibetur. Gaba quippe sublimis dicitur. Dominus ergo regis in Gaba esse ostenditur, quia electus doctor non ima et terrena cogitando incoleat, sed alta et celestia meditari studet. »

Les enfants de Bédai commencèrent à dire, au contraire: Comment celui-ci nous pourrait-il servir? Un nouveau pasteur doit remonter beaucoup de retenue dans les commandements de son ordination. Il doit distinguer bien des choses qui sembleraient contraires à sa dignité, et

quo Naas rex Ammonitarum aliquid contra Israëlitas mollebatur hostile, non tam erat necessarius rex, qui reipublicam constitueret, quam qui ab imperii finibus propulsaret exultantem hostem. Quare secuti sunt Saulem non tam senatores, quique vocari possent patrie parentes, quam milites: neque ex eo numero omnes, sed quos divinus Spiritus ad illud regium obsequium et debitum officium impellebat. Fuere verò ex illo etiam ordine non pauci, qui, cum rusticum hominem esse cognovissent, et ex minimâ tribu, à quâ nihil aut magnum, aut bonum expectabant, iniquis illum et obliquis oculis intuebantur. Quare neque munera obtulerunt, quibus suum in regem testarentur studium, neque ulla benevolentis animi signa præbuerunt; sed potius dicebant oratione plane petulantia ac liberâ, à tali viro nullam debere, aut posse patriæ salutem expectari.

VERS. 27. — ILLE VERO DISSIMULABAT SE AUDIRE. Hic aliud habes singularis prudentiæ testimonium: Expediebat maxime, cum primum esset initum regnum, conciliare potius subditorum animos, quam alienare. Cùm autem non posset non esse populo odiosum et grave, statim accipere duritiam et punire illos qui contra regem aliquid aut fecissent aut obloquerentur, neque expediret, ut si quid esset dictum factumve liberius, maneret impunitum, fecit prudentissimus Saül quàm ab homine rustico expectari posset, ut simularet se nihil accipere aut nòsse illorum quæ contra se obmuri-

se sœvenit: quæ lorsque son autorité est encore toute récente, elle ne serait pas assez forte pour retrancher tous les abus. Il faut dans ces rencontres qu'il ait recours à Dieu, et qu'il considère que c'est lui qui touche les cœurs, et qui donne aux hommes une impression de respect pour ceux qu'il élève aux plus grandes charges.

CAPUT XI.

1. Et factum est quasi post mensem, ascendit Naas Ammonites, et pugnare cepit adversum Jabes Galaad. Dixeruntque omnes viri Jabes ad Naas: Habeto nos federatos, et serviemus tibi.

2. Et respondit ad eos Naas Ammonites: In hoc feriam vobiscum fœdus, ut erum omnium vestrum oculos dextros, ponamque vos opprobrium in universo Israel.

3. Et dixerunt ad eum seniores Jabes:

murasset filii Bédai, ne cogere ab illis sumere supplicium, aut probare ea quæ consuetudo et leges improbant. Est autem hoc documentum his qui præsent, interdum valde necessarium, ut cæci sint, ne videant; aut surdi, ne audiant ea in quæ in certo quodam rerum articulo darius esset agendum. Ita sanè in suo *Æneid.*, quem et fortem ducem, et prudentissimum imperatorem fingit, ait Maro, l. 4 *Æneid.*:

Curisq; ingentibus æger

Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.
Et alius ex profanis Cicero lib. 9 *Epist.* docet, eos quibus commissa est respública, ut ad effectum suorum consiliorum veniant, oportere, ut multa simulent invidi, multa dissimulent cum dolore. Exemplum plena est antiquitas. Illud unum docet, quod multa præteream quod Hieronymus docet protulit in suis Commentariis ad cap. 2 ad Galat., ubi non solum dissimulationem, sed simulationem utilem esse docet, exemplo Jehu 4 Reg. 10, qui finit se idolum velle colere, et Davidis, qui faciem mutavit coram Abimelech, quo et suæ et publicæ salutis consulere. Hoc usus est consilio Saül, quo tempore primum appellatus est rex; premebat enim dolorem in animo; vultu tamen præ se ferebat benevolentiam et gratiam. Quod aliquandiu post fecit Esther, quæ cùm agro esset animo ac timido, propter illud quod toti Judæorum populo imminerebat, periculum, tamen hilarem præ se ferebat et benè confidentem animum, quia præsentem rerum articulum habitum illum corporis, et speciem oris nitentem et hilarem opportunam putabat. Sic autem de illâ cap. 13, Esther: *Ipsa autem roseo colore vultum perfusa, et gratis ac nitentibus oculis tristem celabat animum, ac nimio timore contractam.*

CAPITRE XI.

1. Environ un mois après, Naas, roi des Ammonites, se mit en campagne, et attaqua Jabes en Galaad; et tous les habitants de Jabes lui dirent: Recevez-nous à composition, et nous vous serons assujétis.

2. Naas, roi des Ammonites, leur répondit: La composition que je ferai avec vous, sera de vous arracher à tous l'œil droit, et de vous rendre l'opprobre de tout Israël, en vous mettant ainsi hors d'état de combattre, et de vous servir du bouclier.

3. Les anciens de Jabes lui répondirent: Accordez-nous sept jours, afin que nous en-